EPITOME COMMENTARIORVM DIALECTICAE INVENTIONIS RODOLPHI AGRICOLAE, PER BAR-

tholomaeum Latomum Arlunensem olim Coloniae ex eruditissimo & copiosissimo eius opere studiosè collecta: quam nuper, quò rectiùs in scholis praelegeretur, magna cura recognitam, in gratiam studiosorum Parisijs edendam curauit.

Nunc primitùs annotatiunculis etiam marginalibus mirum in modum illustratam cognosces.





COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote, M. D. LXXV.

Pertinet ad Conv. S.ti Fran.ci

CONTENTA IN HOC LIBRO.


BART. LATOMVS M. ANDREAE GOVVEANO PRIMARIO COLlegij Barbaræ, in Parisiensi Gymnasio, S. P. D.

CVM ex omni artium humanitatis genere magna est vtilitas, Andrea Goueane vir humanißime: tum verò ex ea parte, quam disserendi vocant, non fructus modò, sed etiam necessaria quædã ratio percipitur ad formandum iudicium, & ad omnem bonarum artium cognitionem adipiscendam. Neq; enim natura, quamuis optima contingat, tamen per se satis est, nisi hoc præsidio instructa sit: q; in vllo artium aut literarum genere quisquam iciter versatur, nisi hac disserendi ratione sit im quæ non solùm hoc nobis præstat, vt mentem uæ literis comprehensa sunt, certiùs dirigad etiam vt diiudicemus illiteratas quæstiones, ita rerum penetrantes, nodos difficiles atq; impeditos in magnis & arduis causis explicemus. Itaq; non immeritò eam doctißimi homines semper magnoperè expetendam esse arbitrati sunt: eamq; ipsi non solũ amplexi sunt magno studio ac diligentia, sed nobis quoque ingenio suo atq; industria illu-

ſtratam ad ſcientiæ & cognitionis fructum ampliſſimè compararuerunt.

Sed cùm eius duæ ſint partes, docendi et eloquendi, quarum alterã Dialecticen, alteram Rhetoricen vocant: multa ſanè ab illis perutiliter tradita ſunt in vtroq; genere: ſed meo quidem iudicio in Dialectica parte à Rodolpho Agricola fructuoſiſsimè eſt elaboratum. Scripſit enim hic vir de Dialectica inuentione opus exactum planè, & copioſum: in quo, præter rerum doctrinam et tractatum, qui commodiſsimus eſt, eam orationis elegantiam adhibuit, vt eruditorum hominum iudicio cunctos in hoc genere ſuperaſſe videatur. Atque hi quidem libri cùm iam pridem verſentur in manibus omnium, ac propter vtilitatem in Scholis etiam prælegantur: ſint autem effuſius ſcripti ab autore, quàm aut ab ignauis, [illegible] feſtinantibus breuiter cognoſci poſsint: contra[illegible] à me ſuperiore anno in compendium, ac nũc d[illegible] quò rectiùs legerentur, non minore cura re[illegible] tos, in gratiam ſtudioſorum edendos curau[illegible] equidem editionem tuo nomini, mi Gouue[illegible] tempore nuncupandam eſſe duxi: vt cùm ſtudiorum præfectus ſis in ampliſsimo Collegio, literario quoque munere aliquo à me accedente in tuum contubernium, quemadmodum par eſt, donarère. Vale, XV. Calend. Octob. M. D. XXXII.

LIBER



Cicero in Orato. ad. Erit igitur eloquens is, qui in foro causisq[ue] ciuilibus ita dicat ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ.


Oratio est signum earum rerum, quas is, qui dicit, animo complectitur, quare no[n] loquitur de ea oratione quæ suis Rethoricæ partibus absoluitur, sed quæ quemlibet mentis conceptum exprimit.

Trium horum perfectæ orationis officiorum definitionem habetis apud Rodolp. lib. 2 cap. 1.

2 In misericordia mouenda duo esse oportet acerbus aliquis casus, deinde ut is qui eum perferet indignus eo videatur.

Argumentum est finitore Cic. in Partitionib. probabile inuentum ad faciendam fidem.

LIBER PRIMVS DE LOCIS.



Ria sunt perfectæ orationis officia, vt doceat, moueat, & delectet. Sed docere proprium eius est officium: mouere & delectare, vt non nisi perfectæ orationis sunt opera, ita sequuntur eam verius, quàm dicendo efficiũtur. Sequitur enim indigni casus commemorationem auditorum miseratio: & cùm venustè aliquid dictum percipimus, tum capimur oratione, & voluptate afficimur. Quo fit equidem, vt docere possit oratio, vt non moueat neq; delectet: mouere & delectare vt non doceat, non possit.

Triplex perfectæ orationis munus.

Cæterùm docendi ratio est duplex: per expositionem, & per argumentationẽ. Expositio est oratio, quæ solam dicentis mentem explicat, nullo quo fides audienti fiat adhibito. Argumentatio, qua quis rei, de qua dicit, fidem facere conatur. Illa nuda rerum expositione cõstat, quia credentem habet auditorẽ, & sponte sua sequentem: hæc veluti luce quadã indiget, qua illata peruincatur aduersarius, et dubiæ rei, cui ex se fides constare non potest, adsentire cogatur. Sed cùm alij natura perspicaciores sint ad inueniendum argumentũ (ita enim appellatur id, quo fidem fa.imus, alij tardiores: magno vsui ars tradita

Docendi ratio duplex.

est à prudentibus hominibus, quæ expeditam nobis inueniendi viam aperiat: nec solùm ostendat quomodo ex quæstione eruendum sit argumentum, sed etiam (quæ altera pars est Dialecticæ) quomodo iudicandum sit, hoc est, aptandum proposito, & in disserendo cum eodem connectendum. Priorem, inueniendi partem vocant: posteriorē, iudicandi, de qua vtraque multa tradita sunt à doctis hominibus. Sed hîc tantùm de inuentione dicetur. Nam hæc vt natura prior est in disserendo, ita maximè vtilis & necessaria non solùm his, qui artes humanitatis & literarum studia tractant, sed illis etiam, qui versantur in ciuilibus negocijs, & multa sæpè consultando disceptandoq; apud imperitos disputant. Etenim non os tantùm instruit hæc facultas, sed prudentiæ quoque & consilij viam aperit, ostendendo quid de re quaq; consentaneum, quid repugnās dici poßit. Iudicandi verò pars demonstrat, qua lege id quod inuentum est, aptandum sit proposito, & vt fidem auditoris adstringat, argumentatione explicandū. Non aliter sanè, quàm si quis duas distantes magnitudines metiri velit, & sumat tertium aliquod, hoc est, mensuram, quam alteri earum æqualem esse sciat: eandem deinde si certam & infallibilem esse cognouerit, & alteri quoq; applicet, facilè deprehendat ipsarum inter se magnitudinū rationem. Sic pri-

Duæ partes Dialecticæ, inueniendi & iudicandi.

Vtilitas inuentionis.

Similitudo de iudicandi parte.

Inuentio est [illegible] ostendit locos, vnde arg
menta sunt inuenienda. Et iudicium, quod cen
suram fert de inuentis ex locis, [illegible] accom
modata proposito an consentanea, aut dis
sentanea. X.

+ Captatio est attentionis.

Commendatio est inuentionis ab vtilitate.

C Nam prius est, vt materia argumentandi
inueniamus, deinde inuentam formis expo
et ornemus. Inuentio materia est, iudicium
vero forma. Illa vt foetus partui similis est, ita
vero comparatur. Nam quemadmodum vt foetum
partus informis est, et animalis effigiem prorsus
caret, cum talem vrsa pariens lambendo form
et [illegible] argumento primo forma
expers, est vbi iudicium accesserit, absolu
tum [illegible] magis manus ei imponitur.

1 Reiectio est etalia attentionis captatio, quae complectitur etiam aliam inventionis commendationem à difficultate alludens nimirum ad illud, quod est in proverbijs: Difficilia quae pulchra.

2 Partitio est totius operis quae docilitatem captat.

3 Omnis, inquit Cicero 1 offit. quae à ratione suscipitur de aliqua re institutione debet à definitione proficisci vt intelligatur quid sit id, de quo hic disputetur.

4 Locus est argumenti sedes, id est in quo latet et consistit argumentum.

5 Interni dicuntur loci, qui ex sua vi sumuntur, et rei probandae substantiae infixi sunt, qui argumenta suggerunt ea, quae interna quadam ac naturali cognitione quaestionem propositam attingunt.

In substantia sunt loci, è quibus res id ipsum, quod sunt, accipiunt.

Circa substantiam sunt loci qui neque omnino sunt extra substantiam rei, neque ita infixi, vt interni.

mum est, vt mensuram aliquam, hoc est, argumentū reperias. Deinde vt in applicanda eadem, quò certā & minimè fallacem esse cognoscas, debito ordine sententiarum ita conectās cum proposito, vt certa inde conclusio efficiatur. Sed de hac, vt dixi, quæ tota cōtinetur argumentandi lege & figuris syllogismorum, non hoc in loco institutum est dicere: sed de inuentione, quæ longè maxima & difficillima est. Itaque primò dicemus de locis, ex quibus ducuntur argumenta: secundò de vsu locorum, et paranda ex eis facultate: tertiò de mouendi & delectandi ratione, quantum ad inuentionem pertinet: postremò, quò cumulatior sit hic tractatus, de dispositione præcepta subijciemus.

Partitio totius operis.

LOCVS QVID SIT, ET eius diuisio.

Locus est communis rei nota, cuius admonitu, quid in re quaque probabile sit, facillimè inueniri potest. Vt definitio, genus, causæ, euenta, notæ sunt & veluti signa, quibus admonemur in re quaque explicanda, ab eis ducenda esse argumenta. Sunt autem loci alij interni, alij externi. Et porrò interni duplices: alij in substantia rei, alij circa substantiam. In substantia sunt, definitio, genus, species, proprium, totum, partes, coniugata. Circa substantiam, adiacentia, actus, subiectum. Externi

Quid sit locus.

Locorum diuisio.

loci partim cognata vocantur, vt causæ & euenta: partim applicita, accidentia, & repugnantia. Causæ *sunt, efficiens & finis.* Euenta, *effecta & destinata.* Applicita, *locus & tempus, item connexa.* Accidentium *quinq; sunt species, contingentia, nomen rei, pronunciata, comparata, similia.* Repugnantiũ *duæ; opposita & diuersa.* Ex *quibus omnibus hæc summa locorum colligitur:*

Definitio	Effectum
Genus	Destinatum
Species	Locus
Proprium	Tempus
Totum	Connexa
Partes	Contingentia
Coniugata	Nomen rei
Adiacentia	Pronunciata
Actus	Comparata
Subiectum	Similia
Efficiens	Opposita
Finis	Diuersa.


Quorum omnium naturam et proprietatem deinceps explicabimus.


TABVLA DIVISIONIS LOCORVM,

Defini-

1 Nemo autem sibi omnibus ex loco argum
ta sumenda putet, uno vero, ut Cicero mone
putabimur et quaeremus ex omnibus, sed ad
hibebimus iudicium ut levia reiciamus, no
numquam etiam communia praetermittam

9


10


Loci
Interni
In substantia
Definitio
Genus
Species
Proprium
Totum
Partes
Coniugata
Substantiæ
Quantitatis
Virtutis
Circa substantiam
Adiacentia
Actus
Subiectum
Externi
Cognata
Causæ
Efficiens
Finis
Euenta
Effectum
Destinatum.
Applicita
Tempus
Connexa
Locus
Accidentia
Contingentia
Antecedentia
Adiuncta
Consequentia
Pronunciata
Comparata
Paria
Maiora
Minora.
Nomen rei
Similia
Repugnantia
Opposita
Diuersa.

A 5 Defi-

DEFINITIO.

Quid definitio, & quibus partibus constituatur.

DEfinitio, est oratio, qua quid sit res propriè explicatur. Vt, homo est animal rationale. Animal rationale explicat, quid sit homo. Hæc genere et differentia constat. Vt in prædicta definitione, animal genus est hominis: rationale, differentia. Est autē genus, quod prædicatur de pluribus specie differentibus, in quid. Vt quærenti, quid est homo? quid bos? quid asinus? aptè respōdetur, est animal. Species est, in quam sub se comprehensam diuiditur genus. Vt homo comprehenditur sub animali, & animal adiectione differentiæ in hominem & brutū diuiditur. Dicimus enim, animalium aliud rationale est, vt homo: aliud irrationale, vt brutum. Differentia, est propria rei nota, qua secundum idipsum q̃ talis est, ab alijs distinguitur rebus. Vt rationale in homine. Nā homo secundum substantiā suam rationalis est, & hac nota propriè ab alijs distinguitur animalibus, quæ expertia sunt ratiōis. Sic hinnibile equi differentia est, rugibile leonis, &c. Negant tamē vllius rei veram ac propriā teneri differentiam, propter intellectus nostri imbecillitatem: sed pro vera sumi, quæcunq; veræ sit proxima. Itaq; rationale, ac paucæ admodū aliæ, sint nec ne veræ ac legitimæ differētiæ, alij affirmāt, alij negāt. In reliquis verò nemo ferè est, qui satis constanter affirmare possit. Quapropter

Genus.

Species.

Differentia.

Definitio est oratio, quae inuolutam vniuscuiusque rei notitiam aperte et breuiter explicat. Hinc ducuntur argumenta aientia et negantia, etc. 12

Aientia. tra vicissim commeantia. Est habitus animi recte rationi consentaneus, igitur est virtus. Est virtus igitur est habitus animi recte rationi consentaneus. Non est gemma, quae san-

Negantia. guinem sistit, non est haematithes. Non est haematithes, non igitur est gemma, quae sanguinem sistit. Definitio igitur principem locum obtinet inter locos Dialecticos, quia in qualibet explicatione ante omnia necessarium est nos veras definitiones et non ambiguas, ita plerumque ex hoc loco, prima argumenta ducuntur quae et firmissima sunt.

Differentia est dissimilium rerum propria nota, ex qua dissimilitudo demonstratur.

Definitio praebet argumentum efficacissimum in vtramque partem aientem et negantem, Anns

Regula consequentiae, Cui definitio conuenit, eidem et definitum et contra, cui conuenit definitum eidem et definitio. Cui adimitur definitio, eidem et definitum et contra.

Confutatur hinc ductum argumentum, si autem aferunt proprium, aut vera differentia aut verum genus positum non esse, aut aliquin a legibus definiendi aberratum.

finiendi lex haec est. Ut finitio non plura com-
plectatur quam finitum, et finitum non plu-
ra quam finitio. Deinde ut quid res sit, hoc
est substantiam eius explicet. Praeterea, ut ap-
erta sit, hoc est, ut neque ambiguis nominibus,
neque obscuris, aut ex longinquo translatis con-
stet.

Propria erit, si ad eam, quae definitur et
solam et universam accommodata. Ad
solam pertinebit, si latior non erit quam
definitum. Ad universam, si non angusti-
or. Brevitate cavetur, ne in longam exposi-
tionem abeat, apta erit, si verbis neque
obscuris, neque ambiguis elata. Quod vi-
tium est in omni oratione cavendum



Tradit praecepta quaedam in def. observanda.

propter ad sarciendā hanc inopiam ambitu quodam et loquendi circuitu effingimus aliquid, quod locum eius obtineat: multaq; persæpe colligimus, quorum vnumquodq; latius patet, quàm hoc ipsum, q̧ definitur: iuncta tamen æquantur proposito, & propriū quiddā efficiunt. Vt si definias asinum, esse animal solidis pedibus, auritum & fœcundū. Solidos pedes habere, item auritum et fœcundum esse, per se singula latiora sunt, quàm est asinus. Nam & equus solidis est pedibus, & mulus lepusq; auriti sunt, & omnia ferè animalia fœcunda. Sed hæc iuncta simul velut gradibus quibusdā excludunt cætera, & quid propriè sit asinus, intra naturæ suæ fines spectandū proponunt. Ergo vt semel statuamus, hæc quidē rudis, sed promptissima fuerit ad definiendū via, vt cognita rei natura ac diligēter perspecta, primùm cōmune quiddā in ea inuenias, q̧ generis locum obtineat, Deinde alijs atque alijs additis eousq; contrahendo persequare, donec ei q̧ definiendum suscepisti, proprium effeceris. Vt definiturus ciuitatē rectè dicas: Ciuitas est multitudo collecta, legibus ac moribus cōstituta, per se sufficiens ad statū rerum suarum tuendum. In qua definitione, multitudo genus est: cætera differentiæ loco ordine collocantur. Cæterùm hæc summa definiendi lex est, vt definitio propria sit ei, q̧ definitur. Deinde, vt quid sit res, planis et apertis

Differentiarum penuria quomodo farcienda.

Rudis & vulgaris definiendi ratio.

verbis

Definitio & descriptio in quo differunt. verbis explicet. Nam hoc differt à descriptione, quod illa, qualis sit res: hæc, quid sit, demonstrat. Item definitio rem paucis verbis indicat, descriptio pluribus vtitur, & figuras etiam loquendi liberiùs adsciscit.

GENVS, SPECIES, DIVISIO.

De genere & specie quid sint, dictum est: hic attendendũ est, quòd qui exactius ista distinguunt, addunt eis indiuiduum. Vt sit genus, quod de pluribus specie differentibus: Species, quod de pluribus numero differentibus: Indiuiduum, quod de vno solo prædicatur. Vt animal de homine, asino, leone dicitur. Homo, de Catone, Scipione, Cicerone. Cato de solo Catone. Sed nobis in proposito indiuiduum cum specie, species cũ genere cõfunditur: Nam sicut species generi collata rectè nomen suum obtinet, eò quòd discernat genus, & quodammodò speciendum (vt veteres loquebantur) præbeat: ita si conferatur indiuiduo, generis faciem accipit: & indiuiduum simile fit speciei. Vt homo collatus animali species est, animal genus. At si eundẽ Catoni cõferas, Cato species fieri videtur, homo genus. Nõ differunt igitur, quantum ad argumentandi rationem pertinet, ista: sed sicut à specie ad genus argumentum ducitur, ita ab indiuiduo ad speciem duci potest. Vt quemadmodum necesse est, si homo currat, animal currere: ita necesse est, si Cicero currat, hominẽ currere. Ergo vt se-

Indiuiduum à specie non secernitur, nec species à genere, si indiuiduo cõferatur.

Quae hoc capite traduntur huc tendunt. vocabu-
lum generis hic extendum esse tam late, ut quicqui[d]
de pluribus, idest siue specie siue numero differen-
tibus in quid praedicatur, generis nomen recip[iat].
Speciem vero dici de quocunque genus sit sumptum
praedicatur, siue illud re vera species sit, siue in-
diuiduum.

14

A genere ad speciem negantia tantum ducun-
tur argumenta: ut non est animal, non igitur
est neque homo neque brutum. Non est arbor, igitur
neque est fagus. Ducuntur hic aliquando aientia
argumenta si generi additum sit signum vniuer-
sale: ut omnes callet artes, igitur Musicam.
Omnia habet arborum genera igitur fagum.
Regula consequentiae, negato genere, negantur et
species. Generi affirmato vniuersaliter affirmatur
et species. A specie ad genus aientia ducuntur
argumenta: ut fagus est igitur arbor est. Dialectica
est, igitur ars est. Ducuntur hinc quandoque etiam ne-
gantia per negationem specierum, ut neque homo est
neque brutum est, non igitur est animal. Regula conse-
quentiae. Specie posita, ponuntur et genera. Item
speciebus negatis negatur et genus.

Ut a specie ad genus aientia ducuntur, ita etiam
ab individuo ad speciem aientia argumenta ducuntur
ut Petrus est, igitur homo est, Cerberus est igitur
canis est. Bucephalus est, igitur equus est.

Divisio est communioris in minus commune deductio.

Distinctius Rodolphus capit hic nomen divisionis, quam alij solent qui sub divisione etiam partitionem capiunt. Vsus divisionis est, ut res involutas recte et erudite in docendo explicemus, iuxta veteris dictum, Qui bene distinguit, bene docet.

A divisione hoc modo arguimus ita dicitur, ut si vita eorum, qui sine ratione vivunt merito vituperanda est, cur non laudabilis vita eorum, qui cum ratione vivunt. Item.

Aut utile est bellum inducere aut non est, si non est utile bellum inferre, ergo quiescere est utile. Argutia a repugnantibus. Condicionum sublato uno ponitur alterum: et posito altero, tollitur reliquum. Hinc ducuntur enthymemata rethorica à contrario et maxime facit ad probandum vel refellendum.

vt semel constituantur ista, genus in proposito voca mus, quicquid de pluribus prædicatur, siue ea specie differant, siue numero. Species id de quibus prædicatur. Illud prætereundũ nõ est, quod genus, quemadmodum prædicatur de suis speciebus, ita in eas diuiditur, et quidem adiectione differentiæ. Est enim diuisio, generis in species per differentias diductio. Vt animal adsumpto rationali & irrationali, in hominem & brutum diuiditur. Dicimus enim: Animalium aliud rationale est, vt homo: aliud irrationale, vt brutum. Sed sunt qui putant duabus è diuerso positis, & inter se pugnantibus differentijs omnem diuisionem fieri oportere. Verùm hoc non fieri posse, & multæ sæpè sub vno genere species, & verarum differentiarum penuria coarguit. Itaq; sicut nobis primum esset, et voto forsan optandum, vt legitimis duabus differẽtijs diuideremus: ita proximum erit, vt qualibuscũq; duabus tamẽ, sin minùs poterimus duabus, at quotcunq; poterimus, diuidamus, dummodò vniuersam eius, quod diuiditur, cõplectamur latitudinem. Itaq; non per ea modò, quæ in substantia eius sunt q̃ diuiditur, sed per omnes ferè locos, qui circa, q̃q; extra sunt, ducetur diuisio: totidemq; modis aliquid loco veræ differentiæ ponetur, vt A formã, quæ aptißima est, quia in substantia est, & veræ differentiæ origo: Corporum aliud animatum est,

De diuisione.

est aliud expers animæ. A materia, Arborũ aliæ ex semine sunt, aliæ sponte nascuntur. Ab adiacentibus, Animalium aliud mansuetũ est, aliud ferũ. Ab actibus: vt, Hominum alius studio, alius lucro, alius voluptati operam dat. Ab efficientibus: vt, Animalium aliud parentis efficacia, aliud calore solis, aliud putrefactione gignitur. Ab effectis: vt, Animaliũ aliud fœtum, aliud ouum, aliud vermem parit. Item ex fine: vt, Rerum domesticarum aliæ ad necessitatẽ, aliæ ad voluptatem, aliæ ad vsum pertinent. Et cõtrà ex destinatis ad finẽ: vt, Opum parandarum causa alij honestis artibus vtuntur, alij fraude & iniuria quæ runt. Ex loco: Animalium aliud terra, aliud mari degit. Ex tempore: Flores aut hyberni sunt, aut verni, aut æstiui, aut autumnales. Ex cõnexis: Homines alij serui sunt, alij domini, alij neutrum. Ex contingentibus: Doctorum hominum alij mariti sunt, alij cœlibes. Ex pronunciatis: Hominũ alij laudati sunt, alij vituperati, alij silentio latent. Ex comparatis: Discipuli alij præceptores æquant, alij infrà manẽt, alij superiores euadunt. Ex similibus: Homines alij vt flores ante ætatem cadunt, alij perueniunt ad maturitatẽ, alij vt herbæ in medio vigore auferuntur. Ex oppositis & diuersis non potest duci diuisio: quia cùm repugnent ei, q per ea diuiditur, nõ potest idipsum de eis prædicari: quod est contra legẽ diuisionis.

Ex repugnantibus diuisio duci non potest. Neq; nomen in subiectas res, neque in nomina aptè diuiditur, sed ea potiùs enumeratio erit appellanda.

Ex tempo. de aristotele lib. 1 de animalibus.

1 Duo sunt servanda in omni fere divisione, primum, ut membra eius opponantur et inter se pugnent, deinde ut disiunctum cunctis membris constans, converti cum diviso possit.

Hæc dicendi forma ad orationis copiam et locupletandas sententias mire conducunt, cum unum aliquod, quod ambitu suo multa complectitur, velut genus in species, totum in partes, in accidentia subiectum distribuimus atque spargimus. Hinc igitur seu fonte manat primum caput copiæ rerum apud Erasmum, commentario 2. de cop.

De proprio. Proprium est naturalis proclivitas et agendi facultas, quæ uni speciei soli, semper, omnibusque eius individuis convenit, et quod retro etiam potest vicissim cum ea commeare.

Hoc distant proprium et differentia, quod proprium est unius speciei, differentia plurium. Propria recurrunt, differentia vero minime. Hinc aiētia et negātia dicuntur argumenta, aientia ut: homo est, igitur ridet, ridet est igitur homo. Negantia, ut non loquitur, non est igitur homo, non est homo non igitur loquitur.

sionis. Nomen quoque parum accommodatum est. Quia vt vox ineptè in res significatas, ita ineptius res significata in voces diuiditur. Ducitur tamen vnum in multa, & tribus ferè modis explicatur, per diuisionem, partitionem, & enumerationem. Diuisio, est generis in species diductio: de qua modò dictũ est. Partitio, totius in partes: de qua mox dicetur. Enumeratio, cũ plura, quæ vni alicui insunt, recensemus. Vt, Cicero & eloquens fuit, & prudens, & assertor publicæ libertatis. Hoc sanè modo & nomen diducitur, & enumeratione significatorum in plura explicatur. Vt, Taurus & domesticum animal significat, & sydus, & montem.

PROPRIVM.

Proprium est, quod omni, soli & semper conuenit. Vt erudibilem esse, & posse loqui, sunt hominis propria: de solo enim, & de omni homine & semper, quòd erudibilis sit, et quòd loqui poßit, affirmatur. Inter proprium & differentiam re ipsa nihil interest, sed sola comparatione distinguuntur. Nam proprium dicitur, quatenus suæ speciei: differentia, quatenus generi vel alienæ speciei cõfertur. Vt rationale, animali vel bruto collatũ, differentia est: homini comparatum, proprium. Quamobrem differentia animalis vel bruti, proprium hominis rectè appellatur. De propria paßione, quam vocãt, hic

Porphiri⁹ proprium quadrifariàm dici tradit, sed nobis quartus apud illũ modus verè & exactè proprium dicitur.

Propria paßio.

hic non agimus: sed illud proprium in vniuersum vocamus, q. omni, soli, et semper conuenit, & conuersim prædicatur de re. Vt quemadmodũ dicimus omnem hominem erudibilem esse, ita è conuerso dicimus, quicquid erudibile sit, id hominẽ esse. Eius hic præcipuus vsus est, vt locũ veræ differẽtiæ suppleat: siue id vnũ sit ac verè propriũ, siue ex pluribus alijs conflatum, modò proprium quiddam efficiat, quemadmodum paulò antè est demonstratum.

TOTVM ET PARTES.

Genus & species, totũ & partes, tametsi similitudinẽ quãdam inter se obtinent, tamen plurimùm differunt.

TOtius & partis nomine genus & species plerunq; significãtur: quia simile quiddam inter se obtinent. Nã sicut genus species suas oẽs complectitur, ita & totũ partes. Sed in re permultũ interest: quia genus in singularũ specierum substantiã inest, & de vnaqualibet earũ verè prædicatur: Vt animal inest substantiæ hominis, et de eodẽ, item de leone, boue, asino, cæterisq; animalibus verè prædicatur. At totũ non item. Nam neq; totũ corpus singulis inest mẽbris, nec de ijs verè dici potest. Itaq; definiendo ista rectè discernuntur à Fabio, vt sit diuisio, plurium rerum in singulas: partitio, singularum in partes, discretio. Cæterũ vt partiũ, ita et totius non vna est ratio: sed aliæ quãtitatis sunt partes, aliæ virtutis, aliæ substantiæ. Quantitatis, vt in ijs, quæ magnitudine & multitudine cõstant, vt pedale, bipedale. bi-

Quid diuisio, & qd partitio.

Partitionis varietas.

Partes à formis distant, quod de formis genera dicuntur, totum vero de singulis suis partibus dici non potest. Praeterquam de similaribus, à quibus ita licebit argumentari. Atque gutta rotunda est, totum igitur aquae elementum est rotundum. 18

Totum est, quod ex partibus est constitutum, idque duplex est, substantiale, quod ex partibus substantialibus constat, ut materia et forma, et integrale, quod ex partibus quantitatem habentibus constat, ut caput, venter, pedes in homine. Unde ducuntur argumenta negantia et affirmantia ut, Homo est, igitur anima et corpore constat. Domus est, igitur fundamentum, tectum et parietes habet. Regula consequentiae. Posito toto, necesse est poni partes. Negantia: ut, Non habet tectum neque parietes, non est igitur domus. Regula consequentiae. Negata aliqua parte principali, negabitur et totum.

Substantiales sunt partes quae primaria sunt et subiectum proxime constituunt, quarum si qua desit rem perire, nomenque suum amittere necesse est, veluti corpus et anima hominis, lignum et vita arboris, aurum et figura ipsa poculi.

Integrales sunt, quae sunt secundaria sunt et rei constitutae partes, sic dictae, quod rem integram, collectae, absolvant et totius magnitudinem reddunt.

le: binarius, ternarius. Virtutis, quemadmodum plus roboris Achilli, q̃ Aiaci fuisse dicimus: plus luminis soli, quàm lunæ. Item quemadmodum Physici, animã in vitam, sensum, motum, & intellectum partiuntur. Substantiæ partes sunt duplices; Aliæ constituendæ rei, vt materia & forma: Aliæ constitutæ, quæ & integrantes vocantur, velut membra in humano corpore: vt caput, manus, pedes, &c. Item fundamentũ, tectum, parietes in domo. Est & alia diuisio, qua partes aliæ eiusdem generis dicuntur. Vt partes carnis, partes aquæ, ligni, saxi. Aliæ diuersi, vt partes hominis, domus, canis, libri. Has ἑτερογενεῖς illas ὁμογενεῖς vocant. Sed materiæ & formæ in naturalibus præcipua est obseruatio. Itaq; materia est secundum Physicos, subiectum ex quo aliud generatur primũ, & in quod corrumpitur vltimũ. Forma, modus quidam materiæ, quo rei contingit, vt huius vel istius speciei accipiat nomen. Vt in homine separatis per intellectum & cogitationem (quod fieri potest) anima, magnitudine, figura, colore, omni deniq; habitu corporis et affectione, id quod vltimum relinquitur, varijs mutationibus obnoxium, ipsum autem per se perpetuum et incommutabile, materia vocatur. Forma verò, quam in hoc adsumpto corpore tum intelligimus, tum videmus. Nam hæc vt maximè varia est, ita partim sensu, partim intellectu percipitur. Vt

De materia & forma.

animus in homine intelligitur, corporis forma (vt sanguinis, carnis, oßis, nerui) quantum ad colorem & figuram pertinet, oculis cernitur: cætera itidē intelliguntur. Dicitur et materia de eo, ex quo fit aliquid, tametsi id non sit primum in generatione, neque in corruptione vltimum: sed cùm certam formam obtineat, ea retenta vel commutata, porrò aliæ accipienda substituitur. Vt caro & ossa, hominis materia: charta & mēbrana, libri: ligna, nauis: mel & aqua, mulsi. Sed hanc, secundam materiam: superiorem illam, primam vocant. Vsurpatur & similitudine quadam materia pro eo, quod alicui negotio propositū est, circa quod elaboret. Vt materia laudis, virtus: materia infamiæ, impudicitia: studij, literæ: curarū, timor, belli, iniuria: odij, improbitas, &c. Quæ ratio quamuis à superiori diuersa est, non minus tamen inuentioni conuenit. Nam propriè ad subiecti locum pertinent, de quo mox suo loco dicatur.

Secundus modus materiæ.

Tertius modus.

CONIVGATA.

Coniugata sunt, quæ cum re sint eadē, sola uocis inflexione à se distant: dicta hoc nomine, quasi vocis similitudine sub vnum iugum deuincta. Vt sub sapientia, sapiens & sapere: sub iustitia, iustus, iusta, iustè. In quibus videndum est, ne qua voce magis quàm re sint coniugata. Nam persæpè accidit, vt aut propria desint nomina rebus, aut si extent, nō idem

Cōiugata ex re potius q̄ nomine spectanda.

Carentia. Negantia.

Hinc argumenta ducuntur carentia et negantia.. Pannum habet, igitur vestem conficere vester[e] Ferrum deest, non potest igitur procudere gladios. Non habet lateres, calcem, non ligna, nō igitur potest extruere ædificium. Regula consequentiæ. Posita materia, ponitur et affectus, Sublata materia tollitur et affectus. A materia, forma, et efficiente sic argumentatur Virgilius in Bucolicis:

Ibi pocula ponam 20
Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis
Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos

Coniugata sunt, quæ sola inclinatione nominis ab alijs distant.

Hic locus affinis est causarum loco, vbi ipsa causa ponenda et proprij effectus: quare obid male concluditur: philosophiam esse malam, quia philosophi sunt mali: Vinum est malum, quia vinolenti sunt mali.

Ratio est cur rarior sit usus coniugatorum.

Est hoc loco dicuntur arg. a contra et negata. ut: si iustitia est laudanda, est quoque laudandus iustus. Si compassivus est ager, nos quoque est compascere. Negantia: ut si mors misera non est, non sunt quoque miseri mortui. Regula consequentiae talis ponitur hic. Tributo vel remoto coniugatorum uno, tribuitur vel removetur alterum. Conducunt autem coniugata ad definitionem: apertius enim ex persona sapientis et huius officiis et operibus pervideras, quid sapientia, quam ipso sapientiae nomine. Item ad exempla rhetorum. Ut si quis affirmet malum esse regnari, deflectat orationem ad coniugata, hoc est, puta ad res cyri Alexandri, et caeterorum, et constabit argumentum.

Adiacentium nomine fere ea complectitur Rodolphus, quae quantitates qualitatesque ab Aristo. in cathegoriis dicuntur, quatenus haec ad sua referuntur subiecta, alionamque relata, alia sortiuntur nomina. Nam virtus ad animum relata, adiacens est, cum felicitate collata, destinatum, cum vitio, contrarium, cum iustitia, genus, cum habitu animi, species.

idem tamen significent. Vt à virtute, virtuosum non dicimus sed probū: & à somno, somniculosum vt dicamus quidem, non idem tamen significat, sed dormientem, in quo sit somnus, rectius appellâris. Ergo *virtus & probus rectè coniugata erunt, dormiens et somnus, item officium & industrius. Nam officiosum ab officio, vt dicatur quidem, pro coniugato tamen vsurpari non potest. Rarior est huius loci vsus, quod ferè æque nota vel ignota sint coniugata. Verum tamen, sicubi res dederit, non incommodè vtemur, vel ad fidem faciendam, vel ad accumē & festiuitatem.* Quemadmodum apud Comicum non commodè modo, *sed & facile dictum est:* Homo *sum, humani nihil alienum à me puto. Ducuntur autem persæpè exempla ex cōiugatis. Vt: Mar. Curius in paupertate beatus fuit, igitur virtus in paupertate beatos efficit. Exemplum est à coniugatis. Quia Curius, cùm vir bonus sit, accipitur pro coniugato virtutis.*

Vsus coniugatorū rarior.

ADIACENTIA.

ADiacens *est modus rei inexistens, quo aliquid aliud, q̄ secundum substantiæ suæ denominationem, res vocatur. Vt prudentia in homine.* Nam *Cato secundum substantiam suam homo vocatur, sed à prudentia prudens, à virtute probus appellatur. Horum alia sensu, alia intellectu percipiuntur. Sensu, vt color in hematite, quem oculis cernimus. Intel-*

Adiacens est qualitas rei inhęrés, ex qua ei & nomē aliquod accedit.

lectu, vt vis eiusdẽ, qua sanguinem sistit, quam mente perspicimus. Vtrunq; genus est duplex, natiuum & accedens. Natiuum est, quod à natura subiecto inest. Vt calor in igne, humor in aqua, frigiditas & durities in saxo. Accedens, quod opera efficientis paratur, & rei extrinsecus accidit. Vt calor in aqua ab igne, rigor in eadem à frigore. Porrò accedentium alia facilè dimouentur à subiectis, vt rubor in vultu ex pudore contractus: Alia difficulter, vt cicatrix ex vulnere, color in panno, artes & scientiæ in animo, & cuncta quib. ferè noua imbuũtur. Natiua verò partim sunt in rebus inanimatis, partim in stirpibus & plantis, partim in animalibus, & peculiaria quædam in homine. In rebus inanimitis sunt variæ vires ac proprietates: ex quibus alia ferè noxia sunt ad humanos vsus, alia salutaria, prout cuiusq; genus fert & natura. In stirpibus & plantis vis quædã inest tuendi conseruandiq; sui, & similis cuiusdam procreandi appetitus. In animalibus autem hæc eadem: tum sentiendi memorandiq; vis propria. Item feritas, mansuetudo, docilitas, indocilitas, astus, ignauia, aliaq; his similia, quæ propriè ad animam referuntur. In homine verò insunt, primùm quæ cunctorum animantium sunt communia: deinde intelligendi ratiocinandiq; vis propria, qua homo à cæteris discernitur animalibus. Postremò, animi affectiones, & hæ cum

Diuisio adiacentium.

De Haematite eiusque natura vide Plinium lib. 37 cap. 10.

Natiua adiacentia sunt, quae intrinsecus ex re ipsa oriuntur, velutique innata sunt: et sunt secunda species qualitatum naturalis potentia et impotentia. Accedentia sunt, quae extrinsecus in rem cadunt, et sunt partim prima species qualitatis habitus, partim tertia species, patibiles qualitates et passiones.

Hinc aientia et negantia dicuntur arg[umenta]: Aientia: Aurum grauissimum est quia plurimum ei inest terrae. Negantia: Cicero laude dignus non est, quia est leuis et inconstans. Regula consequentiae talis hic ponitur, Posito subiecto, ponuntur et adiacentia, quo sublato, tolluntur. Hinc petuntur etiam rerum descriptiones, ut plantarum, herbarum, arborum, et caeterarum talium rerum.

Non hoc ita accipiendum, quasi haec solis insint illis, quae sensu carent, sed quaedam illis nihilominus his praestantibus, aliquando in animantibus quoque ea reperiri, ut Cicero in officiis docet, Principio (inquit) generi animantium omni est a natura attributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quae ei nocitura videantur.

Actio est ex quo res proposita exerceri afficique dicitur, et actione et passione praedicamentis continetur, sive est accidens et in motu et agitatione positum. 1

Nam verba neutra, quae grammatici absoluta dicuntur ad tertiam speciem qualitatis referuntur.

hæ cum brutis communes: vt ira, amor, odium, spes, metus, dolor, misericordia, & reliqua. Quæ quidem si accipiantur vt ex instinctu naturæ proueniunt, sic huius speciei sunt propria: sin verò vt vsu & exercitio parātur, sicut in eo, qui se crebrius eis regendum auferendumq; permisit, vnde ἕξις illa, quam vocant Græci, efficitur, nos habitum, vel, vt melius, consuetudinem appellare possumus: hoc sanè modo inter accidentia numerabuntur.

Adiacentium origo spectāda, vt natiua vel accedentia dicantur.

ACTVS.

ACTVS est, quocunq; alio modo exerceri afficiq; dicimur. Vt currere, pugnare, timere, quiescere. Nam huius natura in fluxu quodā & agitatione est posita. Oriuntur autem ab adiacentibus actus: inde & pro illorum varietate distinguuntur. Actuum igitur alij natiui, vt videre, loqui, intelligere. Alij vsu parati, vt scribere, docere, pingere. Ex his porrò alij ex subitis affectionibus oriuntur, vt irasci, timere: Alij ex firmatis, vt fidibus canere, legere, docere. Iam actus alij opus efficiunt, vt texere, pingere, ædificare. Alij intra se ipsos consumuntur. Sed hi duplices. Nam alijs finis propositus est, vt studere, ambulare, dormire. Alij fine carent, vt gaudere, irasci, ægrotare. Illud verò ignorandum nō est, quædam nomine actus videri, quæ re vera adiacentia sunt: & è conuerso, quædam adiacentia, quæ

Actum Græci ἐντελέχειαν vocant.

Actuum origo ex adiacentibus.

Actus qui sint, non ex nomine sed ex respectu duin.

sunt actus. Vt scire & albere adiacentia sunt, tametsi actuum speciem præ se ferunt. Significant enim scientem & album esse. At cursus & pugna, quamuis nomine ipso adiacentia videantur, re ipsa tamen sunt actus, quia non sine motu & agitatione intelliguntur. Seruit hic locus cum ciuilibus cōtrouersijs, tum præcipuè ijs, qui de rerū natura ac proprietate disserunt. Est enim expositus ferè sensibus nostris, & in apertum se proferens abdita rerum indicat.

SVBIECTVM.

Subiectū Græcè ὑποκείμενον.

SVbiectum variè sumitur, sed nobis in præsentia id est, cui adiacentia & actus innituntur, & in quod recipiuntur actus. Vt ignis, caloris est subiectum: calefactionis autem tum ignis à quo proficiscitur calor: tum aqua, in quam recipitur. Sic homo agilitatis & cursus est subiectū, animus scientiæ & virtutis. Obiectum quod vulgo dicitur, tametsi similitudine quadam ad hunc locum pertinere videtur, subiectum tamen non est, sed veriùs pro efficiente habebitur. Color enim vi sua incitat oculos ad videndū, & odor olfactum: quod sanè efficientis est propriū.

Obiecta sensuum & intellectus cuius sunt loci.

Eodem pertinēt rerum intellectarum imagines, quæ ortæ à sensu nostro, & ad animum traductæ, quia mouent & excitant ad cognitionem sui mentem, ad efficientia rediguntur. Eadem si rebus subiectis conferantur, vt artium & disciplinarū decreta, & con-

Ge actib. Sunt acentia et neganta dumtaxat argumenta. Aeneas cum Turno in Italia bellum gessit: igitur in Italia Aeneas fuit. Si gigantes cum Diis pugnaverunt, igitur gigantes sunt. Negantia: Si Troia non fuit, non igitur a graecis bellum cum Troianis gestum fuit. 24

Subiectum est, cui aliquid inest, receptaculum accidentium, actionisque fultura, et id omne, quod ad...
in subiectum est et expositum, in quod ea tendat, et ...
suam explicet.

Sub. Quae vulgo dicunt obiecta sensuum et quae sunt mentis agitationi obiecta, non sunt subiecta, sed efficientia potius, et sensum moventia, nec sunt sensuum ... non subiecta, cum sensus patiantur ipsi potius quam agant.

Subiecti nomen proprie convenit substantiae quae omnium accidentium est subiectum, reliqua vero, quae appellationem habent aliquam subiecti, similitudine magis, quam re vera subiecta appellantur.

Omnia aientia dicuntur argumenta et negata, aientia, aqua est, humidum igitur est, Ignis est igitur calidum est. Negantia, Animal non est, non est igitur patibile, Aqua non est, non est igitur humidum. Regula consequentiae: Posito subiecto, ponuntur etiam natura adiacentia et actus. Sublato subiecto, tolluntur tam adiacentia, quam actus.

Causae et elementa necessario rei connexa sunt, cum reliqui loci externi nullo necessitatis vinculo sunt colligati, cognationem tamen aliquam decernunt.

Causa est cuius vi aliquid evenit, et id propter quod aliquid est, et esse potest.

Materia et forma ideo inter partes numerantur, quod essentiam rei constituunt.

Efficiens est causa, quae vi sua efficit.

Naturalia agunt et necessitate quadam ea, quae delectu carent et iudicio, ut sol, ignis, herba, gemma, planetae et caetera. Alia agunt delectu consilio ut homines

Delectu agunt, quibus agere vel non agere libitum est item

Quae licet deligant notas res ab ignotis, tamen hoc non agunt consilio aliquo, sed quandam speciem opinionemque de rebus obiectis accipiunt, quam non possunt non sequi.

ceptæ animo in hanc vel illam partem sententiæ, inter pronunciata erunt, de quibus inferiùs dicemus. Magnitudo certè, quæ genere & natura sua inter adiacentia numeratur, substantiæ comparata, adiacens est: reliquis comparata adiacētibus, subiecti vicem accipit: quia non nisi interuentu eius reliqua adiacentia substantiæ innituntur.

Magnitudo modo adiacens, modo subiectum.

CAVSSAE.

CAussæ & euenta externi sunt loci, & vno nomine cognata vocantur: oriuntur enim euenta ex caussis, & cum ijs veluti generis quandam necessitudinem obtinent. Sunt autem quatuor caussarum genera, secundum Aristotelem: Materia, Forma, Efficiens & Finis. Sed nos materiam & formā inter partes numerauimus, quia ab ipsis res non oritur: efficientem & finem propriè caussas vocamus. Efficiens est, quod efficiendæ rei operam præbet. Vt artifex faciens domum vel nauim. Finis est, cuius gratia aliquid fit: vt precium domus, vel vsus. Habēt aūt hunc inter se ordinem caussæ, vt finis stimulet efficientem, efficiens incitatum, explicet vim suam in opus.

Caussæ & euēta cur cognata vocētur.

Caussæ duæ, efficiens & finis.

Cæterum efficientia alia necessitate agunt, vt ignis vrens, & terra herbas floresq; suo tempore proferens. Alia delectu agunt, vt homines propriè: deinde & bruta quædam fortassè. Porrò ex his quæ necessitate agunt, alia agūt proprio naturæ conatu, vt

Malua ventrem ſubducens. Alia externa vi impellun tur, vt tormentum quod telum emittit. Diuiduntur & aliter efficientia: vt, alia impetrantia ſiue præcipua ſunt (Græci vocant κύρια) vt architectus, qui præeſt ædificio extruendo. Alia obſequentia quodammodo & miniſtrantia primis. Sed hæc duplicia: Quædam enim agentia ſunt, vt fabri, & reliqua operariorum turba. Quædam agendi inſtrumenta, vt ſecures, terebra, mallei, & cætera, quibus induſtria artificum explicatur in opus. Finem eſſe diximus, cuius gratia aliquid fit. Agunt autem cuncta boni alicuius gratia ſiue id natura, ſiue ratione appetatur. Itaque finium diuerſitas ex bonorum differentia ſumenda eſt. Bonorum igitur alia ſunt per ſe bona, vt ſtatus cuiuſq; rei in ſuo genere perfectiſsimus: ſicut ignis ſummum bonum eſt, maximè calidum & ſiccum eſſe. Aquæ, maximè frigidum & humidum eſſe. Hominis, mente ac ratione optimè valere. Alia non per ſe ſunt bona, ſed conferentia, hoc eſt, adiumento ſunt parandis tuendiſq; per ſe bonis: vt cibus & potus homini, cunctiſq; animalibus: item quæcunq; animo vel corpori excolendo ſunt conducentia.

Finis qd & eius diuiſio.

Atque hoc modo initur bonorum ratio pro ſingularum rerum conditione, quam habent in ſuo genere, quemadmodum modò dictum eſt de aqua & homine: & quemadmodum dicimus belli finem, atque

adeò

Hinc ducuntur argumenta aientia et nega…
Aientia, ut si sit ortus est, alterum consequi potest. Sol ori-
tur, igitur lucescit. Sol occidit, igitur noctescit.
Negantia. Nullus fuit exercitus, igitur non est co…
missa pugna. Regula consequentiae huius talis po…
Causa posita, effectum poni necesse est. Causa ne-
gata, et effectum negari necesse. Atque in his propr…
causae spectandae sunt non remotae. Ut, non valet,
faber est, igitur domus est, sed faber aedificat, igi-
tur domus est. 26.

A fine aientia et negantia ducuntur arg.
Aientia, ut si pace frui volumus, bellum geren-
dum est. Si doctus euadere cupis, multi labores
tibi perferendi sunt, et boni autores legendi.
Negantia, ut non munit arcem, non igitur est
propulsaturus vim hostium.

Euenta sunt, quæ vi atq; impulsu causarum eue-
niunt, quorum alia effecta, alia destinata vocantur.
Effecta sunt, quæ fiunt à causis efficientibus, destina-
ta sunt, quæ in certum aliquem finem ordinantur.

adeò bonum eius esse victoriam: ædificantis finem esse domum. Sunt enim hæc vltima istorum in suo genere. Alio autem modo bonum sumitur ex toto rerum ordine, quo cuncta alterum alterius vsibus videntur esse addicta. Nam omnia melioribus seruiunt. Quo sanè modo, si cuncta velut vno complexu sumantur, sicut vnum est summè bonum, scilicet Deus optimus maximus, sic vnus est, & vltimus omnium finis. In cæteris verò, quæ in media sunt rerum serie, sicut aliud alio perfectius est natura, & alterius minus indigēs, ita melius est eo, alteriusq; est finis: vt belli finis est victoria, victoriæ tranquillitas, tranquillitatis beata vita. Sic vtique in equo duplicem inuenire est finem Vnum naturæ eius, vt sit liber, ferox & indomitus: alterum, vt nostris vsibus accommodatus, hoc est, vt freni & sessoris patiens, & ad nostrum nutum tractabilis. Sic terra herbis & floribus vestita per se fortaßis optima fuerit, sed nobis nuda est aptior, & in areas vicosq; disposita. Illud ignorandum non est posse vnius rei plures esse fines: vt alius operis, alius operantis, alius iubentis sit finis: sed hoc fit diuersa ratione. Nam in ædificatione operis, finis est domus: artificis merces: domini iubentis, vsus, vel vt ex locatione quæstum faciat.

EVENTA.

Effecta & destinata vno nomine euenta vocan-

tur, quod ex causis eueniant. Sed effecta efficienti, destinata fini respondent. Vt domus effectum est efficientis: operariorũm conductio & materiæ apparatus, destinata vocãtur. Potest tamen idem & causa & euẽtum dici, prout vltrò citroq; comparatur. Vt domus ædificanti comparata, effectus est: domino operis, finis. Porrò si domum vt effectũ accipias, fabri & instrumenta ei collata, efficientia erunt: sin vt finem, destinata. Domino verò domus fabri & instrumenta collata, tum medij quidem fines sunt (quatenus ipsis parandis opera sumitur) tum effecta: Verum ædificanti collata, quatenus ad operis executionem pertinent, media efficientia. Quocirca attendendum est, materiam & finem, materiam & formam, efficiens & materiam, efficiens & formam nequaquam in idem conuenire posse, cætera posse. Illud quoq; attendendum est, vnius euentus in suo genere vnam propriam caussam esse: & contra, vnius causæ vnum per se & proprium euentum. Vt in genere caussæ efficientis, vnum efficiens: in genere finis, vnus finis. Nec obstat, quod plures vnius rei fines esse posse prædiximus. Nam id fit diuersa ratione. Aedificantis enim, quatenus lucri cupidus est, vel auarus, merces: at quatenus ambitiosus fortaße & artis ostẽtator, gloria. Ergo hæc quamuis vnius rei fines sunt, eademq; parantur opera: ad diuersa tamen efficien-

tia

Sunt aientia et negantia adducuntur ar-
aientia, ut: Dies est, igitur sol ortus est.
Nox est, igitur umbra terrae est. Nega-
ut: Non est dies, non igitur sol ortus est.
Regula consequentiae. Effectu posito, ca-
sas poni necesse est. Effectu negato, et
sas negari necesse est.

Non tam stricte accipit Rodolphus locum, ut Aristoteles quarto Physicorum cap. 4 ubi sic ait. Locus est finis continentis immobilis primus de Physico hoc loco non agit Rodolphus, sed proprie locum vocat terminum fixum vel stabilem situm, cuius respectu mobile se aliter atque aliter habet.

Cicero in topicis adiunctorum vocabulo omnia ea complectitur, quae Rodolphus locum, tempus, connexa, et contingentia vocat.

Differunt locus et ubi, ut locus sit id, quod continet corpora, ut schola, campus, templum; ubi descriptio corporum quae in aliquo loco continentur, ut esse in schola, in templo, in foro.

tia referuntur. Valet cognatorum locus, tum ad alia quæstionum genera, tum præcipuè ad deliberationes accommodatur: in quibus quid expediat, & an fieri possit, quæri solet. Quorum alterum à fine, alterum ex efficientibus perspicitur. Habet etiam vim magnam in demonstratiua materia, vt cùm quo animo, & cur aliquid factum sit, ostenditur. Nam veræ virtutis ratio à fine pendet, eamq; solam expetendam esse ex destinatis confirmatur. Vsus cognatorũ in differendo.

LOCVS.

SEquuntur locus, tempus, & connexa, quæ tribus Aristotelicis prædicamẽtis, vbi, quando, & habere respondent. Ea Cicero sub adiunctis comprehendit, nos applicita vocamus: quod addita rei extrinsecus, non quidem sint caussa eius, sed denominationem ei præbeant. Nobis autem adiuncta inter contingentia numerabuntur. Locus est, quo res quæq; continetur quemadmodũ à Poëta describitur: Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Et, Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes Mœnia. Et quẽ admodum dicimus, aliquem sublimi, humi, in Italia, in vrbe, ruri, domi esse. Locorum differentia partim ex ipsis locis, partim ex ijs quæ circa sunt, sumitur. Ex ipsis locis, vt hic, illic istic, sursum, deorsum, iuxta, procul. Item, in angusto, amplo, sublimi, humili, supernè, infernè esse. In quibus discrimen sumitur

Applicita cur dicantur.

Locus quid.

Locorum diuisio.

tur ex locorum inter se comparatione. Ex ijs verò quæ circa sunt, diuersitas bifariã spectatur. Vno modo à natura: vt maritimus locus, terrestris, aëreus, aquosus, planus, montosus, asper. Alio modo ab hominib. vt locus celeber, desertus: sacer, prophanus: publicus, priuatus: cultus, neglectus: pudendus, honestus. Item vrbs, rus, domus, forum, templũ, vicus, & similia In Italia, Germania, domi, peregrè esse. Possunt & aliæ fieri differentiæ propemodum per omnes inuentionis locos ductæ Sed ex his ... eræ, siquis requirat, intelligentur. Vsus est huius loci frequens cùm in laudando & vituperando, tum in consilijs tractandis. Vt cum à patria quis, à loco educationis & studij laudatur, aut vituperatur. Item cum facultas rerum gerendarum ex loci conditione quæritur. Sed & in coniecturis, & in amplificando persæpè commodè adhibetur. Vt cùm factum probatur ex loci facultate, aut cùm ex eodem augetur criminis insidia: quemadmodum Miloni obiectũ fuit, quod Clodium in monumentis maiorum suorum occidisset.

TEMPVS.

Tempus secũdum Aristotel. est numerus motus secundũ prius & posterius.

TEMPVS, est spacium ex cœli solisque vertigine deductum, quo rerum omnium agitationem vicissitudinemq; metimur. Vt hora, dies, mensis, annus. Potest tempus eadem ratione, qua locus diuidi. Vt sit aliud ex substantia ipsius, vt nunc, tunc, mox,

De hac locorum diversitate multa in partitionibus Ciceronis, et Fabius Quintilianus institutionum Oratoriarum lib. 5, eadem fere habet, quae Rodolphus.
Nam ut fabius inquit, suj cuique genti ac nationi mores sunt, nec idem in barbaro, graeco et Romano probabile est. Sic Cicero pro Flacco. Testes sunt graeci ergo sunt leves. Hic est poenus, igitur perfidus. Pauls. Cretenses sunt, igitur vanj. Et. Civis Romanus sum, ergo non sum flagris caedendus. 30

Dr tempore De diei ortu et occasu solis, vide Gellium lib. 3 cap. 2 et Macrobium lib. Saturnal. 1 cap. 3.

De annorum diversitate, ordinatione et correctione, multa Macrob. habet in somnium Scipionis lib. 2, cap. 11 et. 1 Saturnaliorum cap. 12 et 13.

Anima vivimus et quid per animam ignoramus. Tempore vivimus et quid et tempus ignoramus.

Occasio est, ut inquit Cicero in Rhetoricis, pars temporis, habens idoneam in se alicuius rei faciendi aut non faciendi oportunitatem.

Rerum difficultatem etiam ostendit tempus, ut apud Virgilium 4 Aeneidos.

Quin etiam hyberno moliris sydere classem,
Et medijs properas aquilonibus ire per altum
Crudelis. A tempore quoque rei atrocitas colligitur. Cicero pro Caelio. Si quis forte iudices nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis vestrae, miretur profecto, quae sit tanta atrocitas huius causae, quod diebus festis, ludisque publicis, omnibusque forensibus negocijs intermissis, unum hoc iudicium exerceatur.

Sunt autem coniuncta, quae neque sunt in re, neque sunt causae rei, neque circumstant rem, sed tamen quoquomodo in rem incumbunt atque inclinant. Constituunt autem locum coniunctorum duae categoriae Aristotelicae, ad aliquid et habere.

mox, serò, nuper, dudum, quondam, olim, citò, breui, tardè. Aliud ex ijs, quæ à natura ei accedunt: vt dies, mensis, hyems, æstas, serenum, nubilum, pluuium, ventosum. Aliud ex hominibus, vt pueritia, adolescentia, iuuentus, senectus. Item festum, profestum, meßis, vindemia, pax, bellum, occasio, tempestiuum, oportunum, &c.

Sicut locus, ita & tempus argumentandi vsu latißimè patet. Valet enim & ad fidem faciendam de re, & ad mouēdos affectus. Vt: Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam. Et: Hic Priamus, quanquam in media iam morte tenetur, Non tamen abstinuit, nec voci iræq; pepercit. Quorum alterum ad rei fidem, alterum ad cōmendandam senis fortitudinem, ex tempore est ductum.

CONNEXA.

CONNEXA sunt, quæ non circunstant quidem rem, vt locus & tempus: sed extrinsecus in eam incumbere videntur, mutuamq; inde capiunt denominationem. Vt diuitiæ connexæ sunt diuiti. Nā cùm à substantia sua Crassus, homo dicatur: à diuitijs, quæ extra eum sunt, vocatur diues. Sic qui vxorem habet, maritus: qui dominum, seruus: qui patrē, filius: qui ciuitati præest, magistratus: qui exercitui, dux vel imperator: qui regno, rex: qui ius ciuitatis obtinet, ciuis: qui exequitur iussa magistratuum,

accen-

Diuisio connexorum.

accẽsus, apparitor, viator, præco, lictor appellatur. *Connexa ita diuiduntur, vt alia propinqua sint, & velut attingentia rem: vt nebulosum in aëre, in aqua piscosum, herbidũ in terra. Item altũ, humile, mons, vallis, tumulus, lacus. Et quæ corpori nostro incumbunt, vt tunicatum, armatum, præcinctum, calceatũ, cruentum, luto oblitum, puluerulentum esse. Quæ omnia ex propinquo spectantur. Alia de longinquo aspiciunt rem, vt sunt pleraq; eorum quæ intellectu magis q̃ sensu percipiuntur: vt diuitiæ, opes, nobilitas, gloria. Item consul, prætor, ciuis, amicus, hostis, peregrinus, vxor, maritus. In quibus omnibus aliud spectatur ex alio, atq; inde mutua nomina oriuntur. Differunt connexa ab adiacentibus, quod adiacentia in subiecto hærent, & sine eo esse non possunt: at cõnexa, alterum extra alterum est & sine eo esse potest: vt maritus extra vxorem est, & mortua vxore quamuis nomen mariti pereat, ipse tamen manere potest: at sapiente extincto, non potest manere sapientia, quia necesse est eam in subiecto esse.*

Notatio circa quædam connexa.

Aequalitas & inæqualitas, similitudo & dissimilitudo: item, par, maius, minus, doctior, fortior, imbecillior, & cætera id genus, connexorum quidam sunt nomina: sed sæpe, cum in orationem veniunt, re fiunt comparata. Itaq; cũ ex æqualibus, vel minoribus argumentamur, pro eo quod dicendum erat, æquè potens

Accensus teste Varrone ab acciendo idest voc
do dictus est, quod instar praeconis acciebat iussu
consulis ad contionem Quirites. 32
Nam nihil horum prius intelligi potest sed om
nia ex aliis spectantur.

Fieri solet, ut aliquoties horum relativorum aliqua inter dicendum occurrant, vis tamen ratiocinationis a comparatorum loco dependet non correlatorum.

Rodolphus accidentia vocat eas res, quae ita coniunguntur, ut et seiungi rursum possint, et utraque esse sine altera. non illa, quae quintum constituunt praedicabile, ac reliqua novem praedicamenta, praeter substantiam, quae accidentia dicuntur.

Hinc adiuncta et negantia ducuntur argumenta. Adiuncta, ut: Pater est, habet igitur liberos. Dominus est, habet igitur servum. Maritus est, habet igitur uxorem. Negantia ut: non est maritus, non igitur habet uxorem. Regula consequentiae. Posito consequente uno ponitur et alterum. Contra consequente negato uno tollitur vel negatur et alterum.

tens non poteſt, ergo iſte non poterit. Et, Imbecillior potuit, ergo & fortior poterit. quæ vera connexorum ſunt nomina: nos mutatis nominibus dicimus, Xerxes non potuit Græciam vincere, ergo Turca nõ vincet Germanos. Et: Otho Imperator Saracenos in vltimã Syriam pſecutus eſt. ergo Carolus Imperator qui potentior eſt, vincet Turcam, & Conſtantinopolim recuperare poterit: quæ non connexa, ſed comparata eſſe certum eſt. Vtq; etiam in his, connexorum nominibus vtamur, vis tamen argumenti non ex connexis, ſed ex comparatis erit. Vt, Potentior non poteſt, ergo minus potens non poteſt. Item. dux non poteſt, ergo nec miles. Et, præceptor ignorat, ergo & diſcipulus: quæ ſi rem ſpectes, ex comparatis eſſe manifeſtum eſt. Talia ſunt & illa ex repugnantibus: Seruare potui, perdere an poßim rogas? At qui ſuis inimicus eſt, eum alieno amicum fore putas? Quæ nomine quidem repugnantia ſunt, ſed re comparata.

CONTINGENTIA.

Contingentia, item nomen, pronunciata, comparata & ſimilia, vno nomine accidentia uocantur: quod ea ipſa & res, cum altero alterum, & ſine altero eſſe, & non eſſe poßint. Itaque contingentia ſunt quæ contingunt circa rem, ita vt ſiue iſta non eueniant, res exiſtere: ſiue res non exiſtat, iſta euenire poßint. Vt pallor ante ægritudinem, fuga Contingentia quæ ſint.

poſt

post cædem. Potest tamen & pallor adiacens esse, & fuga actus, si vtrunq; cum homine tanquam subiecto conferatur. Locorum enim diuersitas non tam ex rebus per se acceptis, quàm ex earum inter se comparatione & habitudine spectatur. Proinde differunt & contingentia à connexis, quòd connexa vno statim nomine intelligũtur: illa, vt intelligantur, duobus nominibus conferri oportet. Astutia enim et seruus per se dicta, alterum adiacens est, alterum connexum: sed iuncta inuicem, vt si astutũ seruum dicas, alterum alterius fit contingens. Potest & connexum connexo contingere, vt seruus diues: & adiacens adiacenti. vt medicus & musicus.

Non sunt omnia contingentia apta argumentis, sed ea duntaxat, quæ habent aliquid cõmune cum re, ac proinde veluti vestigio quodam ducunt in eius cognitionẽ. Vt timor Daui apud Terent. rectè sumitur ad arguendum Pamphili animum, qui communia inter se consilia agitabant: & credibilior est cædes in milite, quam in Monacho, vel literarum studioso.

Contingẽtium diuisio.

Porrò contingentia alia antecedunt rem, alia adiuncta sunt rebus, alia consequuntur. Antecedentia sunt, vt iurgium ante cædem, colloquium ante adulterium. Adiuncta, vt clamor & strepitus in cæde, cultus in adultera. Consequentia, vt fuga & latebræ & turbatior vultus post cædem, Signa Rhetoricarum

Antecedẽtia & consequentia apud Ciceronem.

Ab adiacentibus antecedentibus argumenta negan-
ducta fere sunt necessaria: vt, non concubuit cum
viro, ergo non peperit. Non floruit arbor, non
fert igitur fructus. Adiacentia non sunt necessaria.
Regula consequentiæ. Antecedente sublato, tolli-
tur et consequens. 34

Ab adiunctis adiacentia fere ducuntur argumenta
necessaria; vt, si ægrotat, pallet. si crebro suspirat,
laborat ex pulmone. si mater est, amat filium

A consequentibus sententia fere sumpta argumen-
ta necessaria sunt: vt, si peperit cum viro concubuit
Mali concludas negantia, vt non peperit, igitur
non cum viro concubuit. Sic, arbor fructum non
produxit, igitur non floruit.

Tres faciunt rhetores status, coniecturalem, definitiuum et qualitatis. Coniecturalis est, quo quaeritur, an quid sit factum. Definitiuus, quo, quid factum sit, quaeritur. Qualitatis est, quo, quale sit factum quaeritur, iustum, ne an iniustum. Locus autem cotingentium conducit statui coniecturali et iuridiciali siue qualitatis.

Nomen hic Rodolphus non distinguit à verbo more aliorum dialecticorum, sed accipit pro quacumque voce rem quampiam significante ex consensu hominum.

rum probationum pleraq; sunt ex hoc loco: item ex adiacentibus, actubus, & effectis. Valentq; contingentia non ad coniecturam modò, sed etiam ad qualitatem. Vt cum ex anteacta vita, ex dictis & factis crimen colligitur: cumq; ad odium, inuidiam, & cõmiserationem persona tractatur.

NOMEN.

Nomen, est vox ad rem significandam consensu hominum instituta. Vt nomen philosophi, oratoris, consulis, ciuis. Cicero ab etymologia hunc locum vocat, hoc est, à veriloquio, sicut ipse interpretatur, siue à nominis interpretatione. Nos & nomẽ, & interpretationem eodem loco comprehendimus. Itaq; ducitur ex hoc loco tribus modis argumẽtum. Vno, cùm ex nomine vel interpretatione eius (quod perinde est) argumentamur. Ex nomine. Vt: Cato philosophus est, ergo sapientiam studiosè colere debet. Item: Animæ nomen à vento est inditum, igitur anima constat ex aëre. Ex interpretatione nominis. Vt: Sapiẽtiæ studiosus est, ergo philosophi nomen meretur. Item, Pecunia domus instruitur, igitur pecunia in instrumento domestico est numeranda. Alio modo ex agnominatione, seu (vt vulgò) ex æquiuocatione nominis, quam Græci ὁμονυμίαν vocant, ducimus argumentum. Vt: Humanitas maximè conuenit homini, igitur artes humanitatis sunt ex- Humanitas &

 peten-

φιλανϑρωπίαν signi ficat εὐπο ἰίαν. Vide Gellium. In hoc genere argumenti res per similitudinem probatur, sicut in superiori ex nominis similitudine. Tale est & illud Virg. Crescent illæ, crescetis amores: vbi ex arborum incremento fama amorum ostendit. Pronunciata ex autoritate vim probandi obtinent. Diuisio pronunciatorū.

petendæ. Venerabile est nomen patrū, igitur plebs patres colere debet. Sed hoc persæpe fit captiosum, quando occultius ponitur, aut quādo res in idem tendunt. At si apertius fuerit, in ridiculum abire solet. Vt illud de Nerone qui matrē occiderat: Quis negat Aeneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem sustulit ille patrem.

Tertiò, ex translatione argumentamur, cùm nomen aliquod per metaphoram transfertur, & deinde ex re, non quam eo in loco, sed quam propriè significat, ducitur argumentū, vt: Quis enim celauerit ignē, Lumine qui semper proditur ipse suo: Ibi ignis pro amore ponitur: sed nō ab amore, verū à natura ignis ducitur argumentū, cùm dicit, Lumine qui semper proditur ipse suo: tanq̄ de vero igne loquatur.

PRONVNCIATA.

Pronunciatum est, quod quispiam de re proposita vel dixit, vel sensit: vt sententiæ clarorum virorum, leges, prouerbia, & cætera id genus, quæ ab autoritate aliqua profecta sunt. Alij hunc locum à iudicio, alij ab autoritate, alij à testimonio vocāt. Sed quia hæc arctiora sunt, quam pro rei latitudine, nobis pronunciati nomen hic aptius esse videtur. Sunt enim pronunciata, quæ quisq; vlla de re vt affirmaret vel negaret, est elocutus Horum alia diuina sunt, alia humana. Diuina, quæ cœlesti voce vel instin-

Tale est et illud apud Terentium. Accede ad ignem hunc et calesces plus satis 36

Vers. sunt apud Ovid. in Heroidibus in epistola Paridis ad Helenam.

Huius quoque extat elegans exemplum apud Suetonium in vita Caesaris cap. 49 in haec verba, quod vulgariter canebatur. Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem, Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias: Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem. Tale etiam et illud dicitur eodem apud eundem cap. 51, Distichon cantatum a militibus per Gallicum triumphum: Urbani servate uxores, moechum calvum adducimus. Aurum in Gallia stupro emisti, hic sumpsisti mutuum.

Extant sensus. pro stupratis stuprum accepit, et alterius communicaret uxoris, suamque vitiatam esse a Clodio in sacris

Bonae Deae. Vide Ciceronem in partitionibus oratoriis et topicis, et quae Fab. de autoritate lib. 5 cap. 1 et sequentibus tradit.

Inartificialia dicuntur, quae foris ad probandum vel refellendum assumuntur, neque inhaerent in rei natura. Differunt à pronunciatis inartificialia, quod haec à litigatoribus adferantur, illa ab oratore quaesita tractentur.

A pronunciatis auctoritate tantum ducuntur argumenta: Labor improbus omnia vincit, sic enim dixit Virg. Regula consequutiae. Fides eruditissimis in arte quavis est habenda.

instinctu quomodo libet ad nos perferuntur: vt oracula, & vatum prædictiones. Humana, quorum à nobis origo est. Sed hæc partim in scripto sunt posita, vt chirographa, instrumenta, epistolæ, libri: partim in oratione, eaq; vel libera, vt sententiæ clarorũ virorum, laudationes, res iudicatæ, dicta testiũ, pacta, cõuenta, rumores: vel expressa, vt iurata, & tormẽtis quæsita. Sed in his chirographa, testimonia, rumores, & cetera id genus ita accipienda sunt, quatenus inueniuntur ad causam à differente, & oratione tractantur: non quatenus in rem præsentem proferuntur à litigatoribus, aut à testibus dicũtur. Nam hoc pacto artis non sunt, sed à Rhetoribus inartificialia appellantur. Porrò pronunciatorum alia antecedũt rem, vt vatum prædictiones, & fama sæpe præcurrens factum: alia consequuntur, vt sermo de præteritis rebus, & ad posteritatem propagata opinio: alia adiuncta sunt, vt præsentium rerum laus & vituperatio. Illud prætereundum non est, huius loci vim non in verbis tantùm, sed sæpè etiam in rebus consistere: vt cum aliquis quod dicendum est, re significat. Vt ille, qui interrogatus, qualis esset vita hominum, vbi paulisper se ostendisset, abscondit. Et Tarquinius Superbus, decußis papauerũ capitibus filio primores Gabiorum tollendos esse significabat.

Pronunciata interdum sunt extra artẽ.

Pronunciata etiã in re sunt posita.

COMPARATA.

Differunt comparatio, similitudo, & exemplū.

Comparationem Grammatici plerunq; pro similitudine vsurpant, exemplum pro comparatione. Nos hæc ita discernimus, vt comparationem dicamus, cùm duo conferuntur in vno tertio: Similitudinem, cum cōferuntur in duobus. Eemplum, cùm à moribus & vita sumitur argumentum. Est enim exemplum species quædam comparationis, quæ non tantum ex hoc loco, sed etiam à specie & coniugatis duci solet. A specie, vt apud Lucanum: Omnisq; potestas Impatiens consortis erit, &c. Sequitur exemplum: Nec longè factorū exempla petantur, Fraterno primi maduerunt sanguine muri. A coniugatis: M. Curius aurum spreuit, non est igitur pecunia expetenda. Nam Curius, quia continens intelligitur, continentiæ est coniugatum. Comparata igitur sunt, quæ conferuntur in vno tertio, quod ambobus est cōmune. Vt: Catoni licuit sequi bellum ciuile, ergo & Ciceroni licebit sequi. Commune est ambobus, sequi bellum ciuile. Hæc vel paria sunt inter se, vel vnum maius alio, vel minus. Vnde & tripliciter ducitur argumentum. A pari, vt in prædicto exemplo. A maiori. Vt: Hannibal non potuit capere Romam, igitur nec Gothi potuêre. A minori: Pallas vlcisci potuit inimicos, igitur & Iuno poterit. Illud obseruandum est, commune illud, quod diximus, nonnunquam diduci ornandæ & augendæ cōparationis causa, vt apud

Exemplū quid.

Comperata quæ.

Notatio.

Poë-

38

À pari ancipitia et negantia ducuntur argument[a]
à maiori negantia tantum ducuntur arg. à m[i]
nori aientia argumenta. Comparatio frequen[s]
est et magno usui oratoribus. Paratus enim fer[e]
et ad manum locus est. Et quoniam non ex u[...]
sumitur, quae non alte sunt eruenda, sed pro[...]
per modum nota sunt atque conspicua, etiam ex pro[...]
tam vim habet ad rudiores animos permovend[...]

Se

Similitudo est rerum diversarum inter-
se collatarum similis quaedam affectio.
Igitur rudibus docendis est aptior, quam co-
firmandis peritis.

Quemadmodũ leo ferocior est in oppugnãdo
hoste quam in timido ac supplice opprimendo,
ita vir fortis oppugnantẽ coercere debet et iner-
mi et victo parcere. Huc referendũ est illud
aureũ opus Erasmi quod inscribitur Simila.

Poëtam Iuno: Pallásne exurere classem Argiuûm, atque ipsos potuit submergere ponto, Vnius ob noxam? &c. Deinde altera pars: Ast ego, quæ Diuûm incedo regina, Iouisq́; Et soror & coniunx, vna cum gente tot annos Bella gero, &c. Diducitur id quod est vlcisci inimicos, in Aiacem & Troianos, alterius minuendi, alterius augendi caussa. Tametsi videtur hoc pacto fieri duplicata argumentatio ex diuersis locis, quæ potest ita explicari: Pallas potuit, igitur & Iuno poterit. Deinde: Pallas potuit perdere classem Græcorum, ergo Iuno debet contendere contra Troianos. Quorum alterum ex minori est, alterum ex maiori.

SIMILIA.

Similia sunt, quæ conferuntur in singulis: quorũ quemadmodum hoc in isto, sic illud se habet in illo. Vt: Quemadmodum uascula oris angusti super fusam humoris copiam respuunt, sensim autem instillantibus replentur: sic tenera puerorũ ingenia grandia non percipiunt, modica & viribus suis apta cõmodius addiscunt. Valet similitudo non tam ad probandam conuincendamq́; rem, quam ad docendum & illustrandum. Vnde & persæpè pro argumento ponitur, vt illa apud Lucanum: Similitudo non tam ꝓbat quam ostendit rem.

Cæsaris an cursus vestræ sentire putatis
Damnum posse fugæ? veluti si cuncta minentur

Flumina, quos miscent, pelago subducere fontes,
Non magis ablatis vnquam descenderet æquor,
Quam nunc crescit aquis.

Quod si in argumenti formam colligas, planè frigidum erit. Vt si dicas: Flumina subducta mari non minuent ipsum: ergo nec vos deferentes Cæsarem, cursum rerum eius retinebitis. At quanto hoc ipsum illustrius, ac proinde efficacius ad fidem per similitudinem elatum est.

Similitudo vnde & quomodo inuenienda.


Cæterùm tota similitudo extra rem est, cui illustrandæ adhibetur. vndè & difficilius inuenitur. Extra Cæsarem enim est mare: & extra milites sunt flumina. Item incrementa maris & decrementa, in quibus fit collatio. Quapropter acri iudicio eligendum est id, quod alteri collaturi sumus. Ac primum spectanda rei natura, quam similitudine illustrare volumus, quid & quale sit ipsum. Deinde quærendum aliquid, quod aptum sit ei, & nostræ intentioni conueniens: vt planè & commodè efficiatur id, quod sumpsimus, demonstrandum.

Notatio.

Illud etiam obseruandum est, vt in docendo aperta, in laudando splendida, in vituperando pudenda, in re attollenda, magnifica similitudine vtamur.

De dissimilitudine.

Contraria omnia de dissimilitudine intelligenda sunt. Non est enim aliud dissimilitudo, quam contraria eius, quod ostendere volumus, similitudo. Vt: Non sicut cœna paucioribus, ita


40

Cicero in tertia philippica. Certus autem dies, non ut sacrificij, sic consilij expectari debet.
Non si beluae inter se pugnant et homines inuicem praeliarj debent.

Opposita sic definiuntur à Boetio, quae in eodem, secundum idem, id est in eodem tempore circa unam eandemque rem simul esse non possunt.

ita vox præceptoris minus pluribus sufficit. (Adiungit similitudinem Fabius) sed vt sol vniuersis idem lucis caloris q; largitur.

Cæterum sumũtur tam similia quam comparata ex antecedentibus, consequentibus, & adiunctis: & nõnunquã breuius, nonnunquã vberius explicãtur. omniumq; celeberrimus vsus est oratorib. et poëtis.

REPVGNANTIA.

Repugnantia, est rerum per se dißidens habitudo, qua fit, vt alterum dici id esse, quod alterum est, non poßit. Vt calidum & frigidum, Cato & Cicero. Per se dico, hoc est, secundum substantiam. Nam calidum non repugnat frigido, quatenus ignis vel ferrum est, sed quatenus calidum est. Sic Cato non repugnat Ciceroni quatenus homo est: nam hoc conueniunt inter se: sed quatenus hic homo est, qui Cato esse non potest. Eodem modo infantem esse non repugnat Ciceroni, quatenus Cicero est, sed quatenus facundus & eloquens est. Ergo & calidum de ferro, quatenus ferrum est, dici potest: quatenus frigidum est, non potest. Et infantem esse, de Cicerone quatenus Cicero, hoc est, hic homo est, dici potest: quatenus eloquens est, non potest. Repugnantium duæ sunt species: opposita, & diuersa. Opposita sunt, quæ repugnant vnum vni sic, vt neq; alterũ de altero, neque ambo de tertio dici poßint. Horum se-

Repugnãtia ex rerum substãtia spectanda sunt, non ex his quę accidunt: alioqui aut non erũt pugnãtia, aut incerta erunt. Itaque verborũ significatio diligẽter est obseruanda.

cundum Aristotelem quatuor sunt species, quas his nominibus appellamus: Relata, Contraria, Priuantia, & Contradicentia. Relata sunt, quæ secundum hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur: hoc est, quæ spectantur ex alio, & inde nomen accipiunt. Vt seruus domini dicitur seruus, et dominus serui dominus: sic pater & filius, vxor & maritus, duplum & dimidium, totum & pars: quorum alterum ab altero nomen accipit, & inter se relatiuè opponuntur. Quod si plures vnius patris sint filij, tamen nihil obstat, quò minus vnum vni opponatur, sicut prædictū est. Nā hi omnes vni cōmuni ratione ad patrem referuntur.

Cōtraria. Contraria, sunt repugnantia, quorū vtrunq; potest simul, & alterum sine altero esse. Vt calidum & frigidum, bonum & malum, album & nigrum, curuum & rectum. Nam in contradicentibus & priuantibus alterum cum altero esse non potest: & in relatiuis vtrunq; simul esse oportet: quare differunt hoc pacto contraria à tribus reliquis speciebus.

Priuātia. Priuantia sunt, quorum vnum est dispoliatio alterius in subiecto, quod id natum est habere. Vt visus & cæcitas in animali. Nam animal natum est vt videat. Lapidem verò, vel arborem nemo rectè cæcum dixerit: quia neutrum eorum natum est videre. Sic mutū loquenti priuatiuè opponimus, claudum recto, dementem sano, mortuum viuo, & id genus infinita. Contradi-

Nam oppositio fit in speciali non numerali unitate.

Distant contraria a relativis, quod ea eodem tempore aut ambo esse aut non esse necessum est. Distant autem a privantibus et contradicentibus contraria, quod contraria eodem tempore esse in diversis subiectis possunt, contradictoria et privantia non possunt.

Pater est, igitur non est filius (Et talia communiter dicuntur argumenta. Regula consequentiae oppositorum Relativorum posito uno tollitur alterum.)


43

Quiā contradicentia neq; simul vera neq;
simul falsa esse possūnt.

Denominatione nūmero idem dicimus Cice=
ronem et eloquentem, non quod idem sit Cice=
ronis et eloquentiae substantia, sed in sit Cicero=
ni eloquentia idem et Cicero et eloquens voce=
tur.

tradicentia sunt, quorum vno negatur idipsum, quod altero est affirmatum. Vt sedere, non sedere: currere, nõ currere. Idipsum dico, *quia in diuersis non fit contradictio.* Vt *si dicas, aliquis homo currit, & aliquis homo non currit: quia alterum de Catone, alterum de* Cicerone *intelligi potest, contradicentia non sunt: & ambo simul vera esse possunt, quod in contradicentibus fieri non potest.* Contradicentia *enim hac lege sunt, vt neq; ambo vera de eodem, neq; falsa dici poßint: sed si alterum verum sit, necesse est alterum falsum esse: et è conuerso.* Diuersa *sunt, quæ nõ certo ductu vnũ vni opponuntur, sed satis est substantijs inter se dimota esse.* Vt Cicero *&* Cato. Item Cato, Scipio, Cæsar, Antonius, *&c.* Possunt *enim diuersa inter se plura esse, opposita autem non nisi duo.* Vt *calido frigidum opponitur: sed differt à sicco, duro, humido, plano, aspero, molli, & cæteris infinitis.* Porrò *diuersorum non est eadem ratio, sed alia numero differunt ab alijs: vt singuli inter se homines, singuli equi, singuli leones.* Alia *genere, vt homo & arbor, planta & animal.* Alia *specie, vt homo & equus, bos, leo, asinus.* Alia *prædicamẽtis, hoc est, totis generũ ordinibus: vt homo & candor, animal & domus.* In *quibus obseruandum est, quod quæcunque prædicamentis differunt, & genere inter se & specie, & numero differre,* At *contra, quæcunq; singu-*

Contradicentia.

Diuersa siue differentia.

 la sunt,

la ſunt, hoc eſt, numero eadem, ea & ſpecie, & gene re, & prædicamento inter ſe eadem eſſe. Vnum nu*mero dicimus, non quod accidente, ſed quod ſubſtantia eſt vnum.* Vt Cicero *per ſe ſumptus, ſubſtantia vnum eſt: at* Cicero *eloquens, ſubſtantia duo, accidente vnum.* Ineſt *enim* Ciceroni *eloquentia, & ab ea, eloquens nominatur.*

Perturbauerit *fortaßis aliquem, quod patrē & filium, dominum & ſeruum, vxorem & maritum, ſuprà inter connexa, hic inter oppoſita numerauimus.* Quocirca *diligenter obſeruandū eſt id, quod ſuprà quoq; inter contingentia admonuimus, ſicut locorū omnium, ita & repugnantium differentiam, non à rerum, quam per ſe obtinent natura, ſed ab habitudine earum, quam ſumunt inter ſe comparatæ, accipiendam eſſe.* Etenim *pater & filius agendi ac patiendi modo inter ſe collata; oppoſita ſunt: ſubſtantiarum collatione, diuerſa. Secundum accidens verò, hoc eſt, quatenus vnum accidit alteri, nempe hunc vel illum patrem huic filio, dominum ſeruo eſſe, contingentia ſunt.* At *quatenus ſe aſpiciunt inuicem, & vnum nomen accipit ab altero, cōnexa vocantur. Sic calor frigori opponitur, differt à ſicco, coniugatum eſt calidi, adiacens ignis, ſpecies qualitatis, contingens bilioſi humoris, affectus ſolis, cauſſa ſoluendæ niuis, quæq; cætera eodem modo ex comparatione ſumuntur.*

45

A diversis actionibus autem dicuntur. Pater ideo dicitur ~~a diversis~~ quod gignat vel genueret, filius ideo, quod genitus sit vel gignatur.

Vsitate ad probandū locus intelligit, quibus ita inter ratiocinandū utimur, ut ex affirmatione affirmationē, ex negatione negationem colligas. Ex diverso autē adhiberi intelligit, ubi ex affirmatione negationem et contra ex negatione affirmationē inferimus.

Transitio est ad docilitatem parata, quae proponit obiter de quibus rebus libro secundo sit acturus, et repetit breviter, quae primo libro sunt explicata.

Reiectio est, qua rationem reddet huius ordinis a se sumpti.

tur. Illud in fine adijciendum est, cæteros locos omnes ad probandam rem directò valere: repugnantia non nisi ex diuerso adhiberi. Altero enim eorum posito, alterum tollitur: & altero sublato, alterum affirmatur. Vt si dicas, iste pater est, sequitur igitur, filium non esse: & filius est, certum est ergo patrem non esse. Sic, cæcus est, non ergo videt: & contra, videt, non est igitur cæcus. Complectimur tamen nonnunquam hinc inde repugnantia, & directo probamus. Vt: Si lucrum est habere, damnum est perdere.

LIBER SECVNDVS, DE VSV Locorum, & paranda ex ijs inueniendi facultate.

Xplicata locorum vi & natura, consequens est, vt de vsu eorum & facultate dicamus. Facultas locorũ tribus rebus constat: Materia, Instrumento, & Tractatu. Materia, est res, siue quæstio, de qua disseritur. Instrumentum, oratio, qua quod dictum dere esse volumus, explicamus. Tractatus, parandi hæc eadem, & aptandi modus. Sed priusquam de singulis dicamus, pauca de arte & officio eius, & de fine dicenda sunt: quod his cognitis, faciliùs quæ proposita sunt, intelligantur. Artem disserendi & numero artium

Materia, quæstio est, Instrumentum oratio, Tractatus quæstionis per orationem explicatio.

Ars disse-

rendi quę & qualis sit ex officio & fine colligitur

tium contineri, & eandem perutilem esse, nemo est qui ignoret: cum & certam inueniendi ac iudicandi viam tradat, & veri falsiq́; comprehendendi dux sit ac magistra. Nec obstat, quod nonnunquam ipse capitur Dialecticus. *Hominum enim hoc, non artis vitium est: quæ si perfectè teneretur, contra quamlibet captionis fraudem nos tutos præstaret.*

Officium differēdi.

Officium disserendi est, probabiliter de qualibet re, quæ deduci tur in orationem, dicere. Nam cum artes aliæ ad naturam, aliæ ad mores, aliæ ad differendi rationem pertineant: sintque tria in omni perfecta oratione præstanda: vt intelligatur is qui dicit, vt cupidè audiat cui dicitur, & vt probabile sit ac credatur id quod dicitur: ad postremum certè artium genus Dialectice *pertinet.* Nam *Grammatice nobis apertè & emendatè loquendi rationem tradit: Rhetoricè ornatum omnē & illecebras orationis suppeditat. Tertium* Dialectices *ita est proprium, vt cura eius et officio omnis certitudo & probabilitas in oratione conficiatur. Ac probabile quidem hoc in loco vocamus, non solùm quod omnibus vel plurimis, vel sapientibus, hisq́; vel omnibus vel plurimis vel spectatis probatisq́; videtur (quemadmodū in Topicis definit* Aristot.*) sed quod aptè cōsentaneeq́; ad fidem de re proposita dicitur: etiamsi per se ipsa res incredibilis sit, nec conditione & natura sua fidei capax.* Quomodo

Definitio est Dialectices ab officio et fine sumpta, concluditurque Enthymemate et consequente. De utilitate Dialectices vide Aulum Gellium lib. 16 cap. 8. 47

Disserere est certa quadam methodo ac ratione rem propositam explicare, ut loqui est quorumlibet, eloqui oratorum, ita Dialecticorum disserere, in quo verbo, ut Varroni placet, metaphora est ab agricultura ducta, Nam holitor, inquit, disserit in area sui cuiusque generis res, sic qui orationem quid proposito consentaneum aut dissentaneum sit, aperit, disserere dicitur.

Distributio est seu divisio, qua explicat officia artium docendi sive philosophiae, de qua et Cic. 1 de orat. sic inquit. Philosophia in tres partes est distributa, in naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores.

Cuiusmodi multa passim sunt apud Virgilium et Nasonem in metamorphosi et reliquis eiusdem poematis.

Hoc praestat officium docendi dialectices.

Ut illa, quae inventa sunt, et ex arte inducta, singula suis locis distribuantur.

Quomodo sit praestanda perspicuitas rerum, docet Fabius lib. 4 cap. 2, ubi de narratione agit.

Utilitas est, recte rerum et omnium dispositarum et ordine.

Cicero primo de Inventione inquit Inter officium et finem hoc interest, quod in officio quid fieri, in fine quid officio conveniat, consideratur. Medici officium esse dicimus curare appositi ad sanandum, finem curatione sanare.

modo multa à Poëtis & mysticis scriptoribus de fabularum cōmentis tradita sunt: falsa illa quidem, & incredibilia, sed probabilia tamen, & quatenus res permittit, ad fidem accommodata. Finis Dialectices est docere, hoc est, probabiliter de qualibet re dicere, sicut modo dictum est. Nam vt ex officio finis, ita è conuerso ex fine officium perspicitur. Docetur autem ex Dialectices officio, non quemadmodum Grammaticus docet apertè & emendatè dicendo, ad fidem faciendo rerum dispositione & ordine. Quocirca attendendum est, vim omnem docendi in perspicuitate positam esse: & perspicuitatem aliam in verbis, aliam in rebus consistere. Verborum perspicuitas Grammatici & Rhetoris est propria, quorum alter vsu & proprietate loquendi, alter ornatu & figuris eandem consectatur. Sed rerum perspicuitas duplex est: partim in rebus ipsis sita, quatenus magis vel minus cognitioni nostræ expositæ sunt: partim in oratione ac rerum tractatu. Quæ in ipsis est rebus sita, separatur ab oratione: vtpote quæ extrinsecus ad eam adfertur. Quæ verò in tractatu eadem, hoc est, in ordine & dispositione rerum est posita, ea propria est nostri instituti. Iungendis enim & disponendis in oratione rebus, eam perspicuitatem consequimur, qua non solum mereamur assensum dicentis, sed fidem etiam ab inuito auditore extorquemur,

Finis Dialectices officium rei, idem sunt: differunt sola ratione, sicut sanare medicinæ officium est, ac simul finis. Non enim in euentu operis consummatũ harum artium officium, sed in ipsa operatiõe, ad quam dirigendã institutæ sunt, & cõparatę.

mus. Est igitur finis Dialectices, probabiliter dicere. Officium, omnia ad adhibere, quæ ad probabilem orationem pertinent. Ars ipsa, ratio probabiliter de re qualibet proposita disserendi, prout natura cuiusque capax esse poterit. Hoc est, ars inueniendi, quæ fidei faciendæ apta sint, & inuenta disponendi. Cùm apta dico, iudicādi partem intelligo. Nam perinde est non inuenire, atque ea inuenire, quæ instituto nostro parum sint accommodata.

Notatio de mouēdi & delectandi ratiōe, quoniā ad hęc vsus locorum communiter pertinet, sicut ad docendi ratioņē.

Illud ignorandum nō est, inuentionem, quam docendi officio subijcimus, ad mouendi quoq; & delectandi rationē pertinere. Iuncta enim sunt ista, quantum ad rerum excogitationem pertinet: nec minus, qui mouet, & delectat, suam intentionē habet, quàm qui docet. Finibus tamen inter se & officijs distinguuntur. Nam docere, est rem ex ignota notiorem facere: Mouere, pacatā tranquillamq; mentem affectibus perturbare: Delectare verò, tale aliquid adhibere, cuius sensu ac perceptione gaudeat is, qui percipit. Ergo ducuntur affectus ex eisdem locis, è quibus argumenta, & in dicendo pariter argumentatione tractantur. Sed hoc interest, quod simplex & quieta est argumentatio, quæ soli & puræ fidei faciendæ destinatur: densa & concitata, qua affectus colliguntur. Vt in peroratione pro Milone, sicut Cicero ab attributis personarum affectus ducit, ita eosdem tra-

Definitio est Dialectices ex superioribus dictis collecta. 49

Iudicium est adhibendum argumentorum inuestigationi his verbis expressum est in Partitionibus, vbi pater Cicero ita respondet interroganti filio. Imo vero scrutabimur et quaeremus ex omnibus sed adhibebimus iudicium, vt leuia semper reijciamus, nonnunquam etiam communia praetermittamus, et non necessaria.

delectum.

Attributa vel circumstantiæ hæ sunt,
persona, res, causa, locus, tempus, modus,
auxilia. Vide Trapesuntium 3 libro retho-
rices et Quintilianum lib. 5 cap. 10.

dem tractat vehementi & concitato genere orationis. Dat enim verba Miloni, & ex oratione ipsius ostendit, eum tali casu indignum esse: nimirum quod fortissimus vir sit, qui nec vultum, nec orationem mutet in periculo: quod bene meritus sit erga omnes ordines: quod bonos, & Senatum defenderit: quod se expulsum reduxerit ab exulio: quod de eo egregia omnium ordinum fuerit opinio: quod ipse omnia ex veritate aestimet, nec aliud recte factorum praemium putet, quam ipsa recta facta. Deinde a sua persona, quod omnia detulerit Miloni amoris officia: quod nunc quoq; commune periculum subire paratus sit: quod non habeat, quid responsurus sit fratri, ac liberis suis in hoc casu Milonis: quod eo expulso reditus sibi in patriam acerbissimus futurus sit. Quae omnia argumenta sunt ex attributis personarum: & adhibentur, vt dixi, non ad probandum, sed ad commouendam misericordiam iudicum: cumq; totum genus orationis vehemens, & argumentosum sit, propter vim tame atq; impetum, quem in affectibus exhiberi oportet, expositioni similius, quam argumentationi esse videtur. Nam latet plerunq; in hoc genere argumentatio, & copia dicendi obruitur, vt cum inuentione a dialectica argumentatione nihil differat, eloquendi tamen figura prope extremis finibus discernatur. Delectatio minus habet inuentionis, quia non tam

Delectatio non solum.

rebus, sed etiam in natura hominū est posita. Itaq; minus habet inuentionis quoniam hęc tantū modo rerum est propria.

tam in oratione, quam in dicentis ingenio & audientis animo est posita. Vnde nec vlli orationis finis esse potest. Me enim (vt inquit Cicero) mea, te tua delectant: nec est, qui vllam hac in re certam rationem præscribere poßit. Sunt tamen ad delectandum alia in dicendo alijs aptiora. Quare si qua inuentio erit in delectando, hac parte non discernetur à docendi officio, sicut de mouendi ratione prædictū est. Eritq; *sicut rerum natura eadem apud omnes, ita inuentio earundem in dicendi opere indiscreta & cōmunis. Sed de mouendi & delectandi ratione inferius: nunc ad institutum reuertamur.*

Materia differendi per vniuersam rerum naturā patet, & ex alijs artibus petenda est: hic autem, quomodo, tractanda sit cognoscēdum. Organū discendi ac docendi est Dia

DE MATERIA DIALECTICES *quæ est quæstio.*

Diximus facultatem differendi tribus rebus cōstare, materia, instrumento & tractatu. Itaq; materia (quod ad institutum nostrum pertinet) cùm variè dicatur, hîc rē significat, de qua ordine apteq; ad fidem dici potest. Q*ualia ferè sunt cuncta, quæ intra ambitum naturæ continentur. Hæc propriè quæstio vocatur.* Nam *quæstio est, in quam* Propriè *explicatur facultas differendi: quæ cum rerum materiam secum adferat ex alijs artibus, hinc propriè sumit, vt ordine & via explicetur ad fidem.* Itaq; *differit* Dialecticus *de vnaquaque quæstione proposita, non q̃ notitiam eius & rerum cognitionem de suo sup-*

Simile quiddam habet Cicero lib. 14 epistolarum
ad atticum Et placet, inquit, Cicero ...
regina placet, sua mihi sponsa sponso.

51

Dispositio etiam est pars dialecticae facultatis tametsi rethores hanc sibi vendicarent.

Nam sola dialectica praescribit nobis rationem ut quamlibet rem propositum possimus explicare.

Quælibet ars suam materiam docet declarare.

Per inductionem dialecticam adhibitam:

Superius explicatorum conclusio.

Tria de quæstione tractanda

De quæstionis divisione et definitione.

suppeditet (nã id singularum artium est proprium) sed quòd formam & ordinem explicandi accommodet. Est enim instrumentum tractandarũ artium dialectica: nec aliud nobis, quàm viã docendi discendiq́; praescribit. Etenim qui nihil ex nihilo gigni multorũ experimentis probat, is sicut quaestionem, ita & argumentandi materiam à Physico accepit. Ordinẽ verò & formã probandi, qua id quod propositum est, ex multis similibus colligit, à Dialectico mutuatur. Est igitur quaestio Dialectices materia, quatenus inuentioni & iudicio disserendi subiecta est, non quatenus rerum scientia & doctrina explicatur. Itaque de speciebus huius primò dicendum est, deinde de inuentione, postremò de diuisione eius et propagatione in plures alias quaestiones.

lectica. Inductiõe probam' omnia, q̃ gignũtur ex aliquo gigni, hoc est, ex subiecta materia: vt animalia & plantas ex semine: ex sulphure & argento viuo metalla: fumum ex materia viridi incensa: ex fumo aquam pluuiam: ex aqua pluuia niuẽ & grandinem et sic de caeteris omnibus: quae cũ ita sint, ex cõtrario effi

QVAESTIO QVID SIT ET quotuplex eius diuisio.

Quaestio, est cum interrogatione clara oratio, ad quam esse vel non esse responderi potest. Vt: An mundus sit aeternus. An Clodius à Milone iure sit occisus. Diuisio eius trifariam sumitur: à rebus, de quibus quaeritur, à modo quaerendi, & ab artium, ad quas pertinent, diuersitate A rebus subiectis alia quaestio simplex est, alia composita. Simplex est, quae vnum quaerit de vno. Vt: Sit'ne mundus aeternus: Sit'ne anima immortalis: Composita, quae

plura de pluribus. Vt: Sitné mundus æternus, atque idem ex indiuiduis corpusculis compositus. Simplicis tres sunt species. Prima quærit, an sit res. Vt: an sint Dij, an sint antipodes. Item, an fuerit diluuium, an futurus sit extremus dies. Nam præteritum & futurum tempus complectitur: omniumq; prima est, quæ vlla de re quæri potest. Secunda quærit, an res sit illud. Vt: An Deus sit spiritus per omnia infusus: an homo sit animal, an capax sit disciplinæ. Tertia, Quomodo hoc sit illud: hoc est, quomodo hoc de illo dicitur. Quod est quadruplex. Nam quorumcunque alterum de altero dicitur, aut sunt definitio & definitum, aut genus et species, aut proprium & subiectum, aut accidens & subiectum. Ex quo totidem emergunt quæstionum species. Prima, an hoc definitio sit illius, vel illud huius definitum. Nam eodem pertinent, & simul explicantur ista. Secunda, an hoc sit genus illius: cui è diuerso respondet, an illud huius species. Tertia, an sit proprium eius. Quarta, an accidens: quibus iterum respondet, an illud huius subiectum. Ergo in summa sex fiunt quæstionum species: An sit, an sit illud, an sit genus, an definitio, an proprium, an accidens. Nam primum omnium quod vlla de re quæritur, & sine quo nihil reliquorum de ea dici potest, est, an sit res. Deinde, quid vel quale sit, hoc est, sitné illud. Vt: Sitné homo animal ra-

citur, nihil ex nihilo gigni posse. Inductio est similium enumeratio, qua id quod propositũ est, probatur.

tiona-

Fuit hac Democriti et Epicuri sententia

Vide Ciceronem in libris de natura deorum

Vide Lactantium de Sapientia lib. 3 cap. 24

Plinium lib. 2 cap. 67.

53

Quaequatuor de aliis aliquando aliquid dicipo[...]

Namque qui quaerit an hoc sit illius definitio etia[m]

quaerit an illud sit huius definitum: nam ut

aliquis quaerit an Alexander sit filius Philip[pi]

idem etiam quaerit an philippus Alexandri [pater sit]

tur.



tionale, sitne capax disciplinæ. Sed quia hoc certum fieri non potest, nisi ritè ac propriè ad id, quod interrogatur, responsum sit, tertia etiam quæstione opus est, quomodo hoc sit illud. Non enim sufficit verum esse, quod ad propositam quæstionem respondetur, sed ad certam legem verum esse oportet. Vt: Si quæras, quid sit homo: & iustum aut pium, aut disciplinæ capacem esse, respondeas: verè quidem, sed non rectè responsum esse, ipsa quæstio coarguit: quia non de qualitate, sed de substantia hominis quærebatur. Iustitia enim, & pietas, & quod est disciplinæ capacem esse, qualitates sunt hominis, non substantia, nec partes substantiales. Ergo ad tollendam hanc ambiguitatem, tertia etiam quæstione opus est, quomodo hoc sit illud: hoc est, sitne definitio rei, quod quæritur: sitne genus, sitne proprium eius, sitne accidens. Quorum priora duo ad explicandam substantiam, posteriora ad qualitatem pertinent. Substantiam voco in proposito essentiam rei, quæ generis & differentiæ notione, hoc est, definitione comprehenditur: Qualitatem, quicquid substantia non est, vt etiam quantitas & relatio sub ea comprehendantur.

Responsione ad certam legem verã esse oportet, vt satisfaciat quærenti, non minùs, quã quæstionem, & v totam interrogationem absoluat.

Rhetores omnem dicendi materiam ad hæc tria capita redigunt, an sit, quid sit, quale sit. Quorum primum coniecturam vocant, secundum finitionem,

Quid sit, & quale sit.

nos ad secundum genus redigimus quæstionis, an hoc sit illud. Deinde addimus tertium, quo modo hoc sit illud, certitudinis causa.

tertium qualitatem. Sed in his facti quæstionem ad caput, an sit, referunt: quod non satis exacta ratione facere videntur. Factum enim, etsi in iudicijs primum est, de quo quæritur, ad qualitatem tamen pertinere (quemadmodum nos in proposito loquimur) non est obscurum. Eodem modo de nomine iudicandum est, quod illi ad, quid est, referunt. Nam hæc extra substantiam esse, quæ nobis qualitatis nomine comprehenduntur, satis est manifestum. Composita quæstio, aut copulata est, aut disiuncta. Copulata, quoties duæ pluresue simplices coniunctione copulatiua iungun tur. Vt: An virtus sit summum bonum, & anima an sit immortalis. Disiuncta, cùm simplices disiunctiua coniunctione conferuntur. Vt: Sitné mundus æternus, vel an quandoque sit igni periturus. Diuersa in his est pronunciandi ratio. Nam copulata vera non est, nisi ambæ omnésue partes eius sint veræ. Disiunctiua vera pronunciari potest, si modo vna pars eius sit vera.

QVAESTIO PRAEDICATIua & conditionalis.

A MODO quærendi, alia quæstio prædicatiua est, alia conditionalis. Hanc Græci ὑποθετικὴν, illam κατηγορικὴν vocant. Prædicatiua est, qua adseueranter quærimus. Vt: An administranda sit Respublica. Conditionalis, qua quærimus cum condi-

Vide Ciceronem in quinto de finibus. et in parad
in quo virtus sit.


Vide Ciceronem lib. 1 officiorum.

Nam et verum est bovem esse animal verum et quod cornua habeat etiam vera.

conditione. Vt: An administranda sit Respublica, si prouidentia mundus non regatur. Vtraque porrò in simplicem & compositam diuidi potest. Et simplex in tres species, sicut antè est demonstratum. Sed in prædicatiua verū & falsum ex eius, quod quæritur, natura pronunciatur: in conditionali, ex conditione & vinculo, quo partes eius connectuntur. Ita fit, vt prædicatiua, nisi partes inuicem consentiant, vera esse non poßit. Vt, An homo sit animal: verùm nisi animal conueniat homini, pronunciari non potest. Conditionalis autem & tota sine partibus vera (nimirum ex conditione) & partes sine tota, veræ pronunciari possunt. Vt: Si bos alas haberet, vtique volaret: Tota vera est, partes falsæ. At ista, Si bos animal est, cornua habet: Tota falsa est, partes veræ. Non enim quia bos animal est, sed quia bos est, cornua habet. Itaq; tota ex cōditione falsa est, partes veræ. Rhetores hoc modo omnem quæstionē in θέσιν & ὑπόθεσιν diuidunt, hoc est, in propositum (vt Cicero vocat) & in controuersiam siue causam. Propositum est infinita quæstio, siue generalis, extra circunstantias posita. Vt: An ducenda sit vxor. Controuersia, finita et specialis, cum certarum personarū, locorum, temporum, & aliarum circunstantiarum comprehensione. Vt: An Catoni ducenda sit vxor. Quæ nobis quidem ad prædictas species redigun-

Controuersia idcircò conditionalis est, quia cùm sit de singularibus, certò iudicari nō potest, nisi explicetur. Singularia enim varia & incerta conditiōe sunt, vnde nec ars vlla de eis constitui potest, nec scientia cōprehendi, sed duntaxat de vniuersalibus, quæ firma sunt & perpetua, nec vnquam aliter se habere possunt.

tur. Propositum enim, si vim eius spectes, prædicatiua est quæstio: controuersia, conditionalis: non forma quærendi, quod manifestum est: sed natura, & quærendi potestate. Si quæratur enim, an Catoni ducenda sit vxor, nihil præter simplex propositum habeas, an scilicet cuiquam homini ducenda sit vxor: quod satis firmiter responderi poßit, nisi ad personæ circunstantiam animum referas, hoc est, qui, et qualis vir sit Cato. Quem cùm Stoicum philosophum, ciuem Romanum, Senatorem, hominem seuerum, cæteraq́; quæ ei attribuuntur, animaduerteris, tum demũ aperit se vera quæstio. Si talis vir scilicet sit Cato, qualis modò descriptus est, an ei ducẽda sit vxor. De qua modò certa ratione & constanter pronunciari potest. Sic cũ quæritur, an Clodius iure sit occisus, nihil constanter de eo iudicare poßis, nisi constet insidiatorẽ fuisse. Vt sit aperta quæstio: An Clodius, si insidias fecerit Miloni, iure sit occisus. Controuersia igitur in differendo est tacita conditionalis, sed breuitatis causa sine conditione effertur: quomodo multa compendio loquendi ad intellectum referuntur. Cæterùm præter has sunt et aliæ ex modo quærendi species, quas vulgò de inesse & modales vocant: nos puram alterã, alteram modalem vocare poßumus. Pura quæstio est, quã purè & absolutè de re quæritur. Vt: Sitné anima immortalis, Modalis,



Vide aristotelem de interpretatione lib. 1 et commentaria Matisij.

Vide de hac re tota ipsum Rodol. lib. 2 et aristotelem ipsum cap. 7

Nihil sponte ipsū deserit, sed omnia in sui conservationem moliuntur.

Tertia divisio quæstionum (

qua non de re simpliciter, sed de certa lege existendi quæritur. Vt Poßitné anima esse immortalis? Poßitné mundus interire? Sunt aũt modi quatuor, poßibile, impoßibile, necessarium, contingens: qui certã existendi legem rebus in oratione adferunt, In quibus sanè non minùs quàm in cæteris, diuersa est pronunciandi ratio. Nam vel ex modo tantùm, si prædicatiuæ sint: vel, si sint conditionales, ex modo simul & conditione spectantur. Etenim vtriusq; speciei fieri possunt: multumq; refert, ad cõsecutionem interrogationis, an ad id quod interrogatur ex conditione, modus apponatur. Vt: An si anima à seipsa moueatur, necesse sit eam immortalem esse? Et ad consecutionem interrogabimus hoc modo: An, si necesse sit animã à seipsa moueri, ob id sit immortalis? Prior vera est, posterior falsa. Non enim quia necesse est animam à seipsa moueri, immortalis est, sed quia à seipsa mouetur.

QVAESTIO COGNITIVA, *actiua, & media.*

AB *artium diuersitate quæstio alia cognitiua est, alia actiua, alia media.*

Cognitiua est, quæ solum cognitionis finẽ spectat: quales sunt mathematicæ & physicæ quæstiones, ex quibus sola rerum cognitio petitur. Actiua, quæ non ad cognitionem, sed ad actionem aliquam destinata

Ad consecutionem interrogationis, id est, ad conditionẽ, ex qua cõsecutio efficitur.

est. Sed hæc partim moralis est, cuius explicatione animus ad virtutē dirigitur: partim operaria, cuius vis ad eas res pertinet, quibus corporis necesßitatibus subuenitur. Media est, quæ vtrunq;, & cognitionis, & actionis finem complectitur: quales sunt, quæ logicæ ex differendi artibus vocantur. Quarum cognitio vt seipsa contenta esse potest, ita ad differendi opus traducta, officium actionis dirigit.

DE INVENIENDA QVAESTIONE.

Omnis oratio siue expositione cōstet, siue argumentatione, subiectam habet quæstionem.

OMni differenti quæstio est proposita: non ijs tantùm, qui de rebus ambiguis disputant, aut artes ac disciplinas tradunt: sed illis etiam qui historiam, vel poëma texunt. Si enim quæras, quomodo pugnatum sit cum Iugurtha, aut quomodo Catilinæ coniuratio oppressa, nihil meliùs respondeas, quàm quæ his de rebus à Sallustio sunt tradita. Verùm ea plerunq; latet, nec prima se fronte aperit. Itaq; inuenienda est, atque in differendo tota vi mentis intuenda, vt argumenta ad eam omnia & probationes ritè accommodentur. Omnis igitur oratio aut aduersarium habet, & in certamine duorum est posita: aut vnius est partis, & obsequentem habet auditorem.

Quæstio quomodo cōprehendēda in argumentatione.

Quæ in certamine est posita, semper vel apertam habet quæstionem: vel si non habet, aduersarius expeditißimam inueniendæ eius viam dabit. Etenim semper petitur aliquid ab altero, cui alter contradicit.

In quo

hoc sunt cohortationes, consolationes, laudationes, conciones, quaeque reliqua sunt huius generis. Non quod negetur in his et in ambas partes disseri, neque enim aliter quaestio intelligi possit, sed quia certe nullis negotium est qui vinci se cupiunt. et non modo non repugnant sed laetissimas etiam quod dici solet habemus aures manus.

A diuersitate orationum docet inuenire quaestionem.


60

Duarum partiū vt cōtentiones vel scholas-
ticae vel ciuiles quae inter se dissidentes sunt.

Definitio status. Status est sum-
maria sententia de qua propriè litigat,
ad quā omnes probationes et argumen-
ta referuntur.

Quomodo status sit inquirendus, sub-
iectis aliquot exemplis indicat.

Depulsio est criminis.

Fuerat Calfurnius Piso, quā primū
Calfurnia deinde dicta et Iulia de ambi-
ni.


In quo igitur conueniunt, quæstio esse non potest. In quo consistunt & confligunt inuicem, ita vt alter alterũ progredi longius non patiatur, quæstio existit. Et hæc quidem in scholasticis certaminibus obscura non est: quia ferè semper inter partes certum statuitur thema, de quo disputatur. In ciuilibus verò causis nõ item. Nam vt quæstio siue causa, quæ caput est certaminis, aperta sit (nemo enim ignorat, quid petat ab alio, et qua lege reũ faciat) status tamẽ causæ, hoc est, ea quæstio, in qua causa cõsistit, obscura plerunq; est, nec nisi acri iudicio eruenda. Etenim status est id, quo probato aut confutato, de summa negocij in hanc vel illam partem pronunciari est necesse. Ergo cùm magna huius vis sit, nec quæstio ferè vlla, nisi explicato statu, vbicunque incidit, intelligatur: diligenter inquirendus est, & ex contradictione aduersarij hunc in modum comprehendendus. In Plancij causa Laterensis ait: ambitu adsecutus est Plancius ædilitatem: Plancius negat. Quæstio est principalis, An assecutus sit Plancius ambitu ædilitatem. Petitur enim, vt puniatur Plancius: & hoc est, de quo iudices pronunciare oportebit. At non potest hoc ex se probari. Dicit ergo Laterensis: Dignitate enim à me superabatur. Quod si det Plancius, videndum est an idcircò necesse sit ipsum ambitu superiorem fuisse. Quod si est, hic erit status, ex quo De statu.

tota pendebit quæstio: Fueritné dignitate Laterensis superior Plancio. Sin verò poterit Plancius cedere dignitati Laterensis, & nihilominùs ædilitatem adsequi, non erit hic status, sed dicet: Non vtiq;, si Laterensis dignitate me superabat, idcirco ego ambitu vici in petitione: sed alijs etiam rebus mouetur populus in honoribus mandandis: nempe studio & diligentia candidatorum, amicorum precibus, & officiorum commendatione. Ergo iam ab eo statu, quem Laterensis fecit, detorta est quæstio ex Plancij contradictione, & huc delata: An his rebus soleat moueri populus, & an Plancius his rebus superior fuerit: qui fit status quæstionis principalis. Sic in causa Milonis: Lege Cornelia teneris Milo. Nō teneor. Quæstio, an teneatur. Occidisti enim Clodium. Occidi, sed insidiatorem. Non fuit insidiator. Fuit status: An fuerit insidiator. Ita ex mutua contradictione, hoc est, ex intentione & depulsione litigantium nascitur status: qui in syllogismi formam collatus, summam probationis conficit, hoc modo: Omnis insidiator iure occiditur: Clodius fuit insidiator, igitur Clodius iure est occisus. Possunt tamen sicut eodem iudicio plures peragi quæstiones, ita vnius quæstionis plures esse status. Vt in causa Cluentij, nec iudicium à Cluentio corruptum esse: nec, si sit, idcirco tamen lege corrupti iudicij teneri. Etenim quot vnius quæ-

stionis

Lex cornelia de sicarijs erat gladio praecinctum esse quisquis hominis occidendi causa cum telo ambularet. 62

Duo obiecta Cluentio fuerunt alterum quod
iudicium id quo Appianicus damnatus fuit
corrupisset pecunia: alterum, quod Caium Op
et etiam ipsum Oppianicum iam exulem ve
neno sustulisset



stionis firmamenta esse possunt, totidem erunt & status. Quæ autem vnius partis est oratio, & obsequentem habet auditorem, in ea minus profert se quæstio, sed velut consensu partium. Proinde acriori intentione eruenda est, & quoad fieri potest, in apertum proferenda. Inuenietur autem expeditissimè harum trium rerum consideratione, personarũ, rei, & conatus. Personæ sunt, inter quas agitur, quarum animus, officium, & conditiò spectatur. Res, præterita, aut futura, de qua agitur. Conatus, id quod ob hanc rem dicendo efficere volumus. Vt in consolatione, quæ vnius partis est oratio, personæ sunt coniunctæ, vel aliâs beneuolæ. Res, iactura aliqua, & acceptum incommodum. Conatus dicentis, studium adimendi minuendiúe doloris. In gratulatione, personæ item beneuolæ. Res, commodi alicuius accessio. Conatus, vt demonstremus nos ob felicitatem amici gaudere. Item in gratiarum actione, personæ, altera benefica est, altera affecta beneficio. Res, acceptum beneficium. Conatus, æstimatio beneficij, & significatio animi non ingrati. In his igitur si iungas conatum cum re, ex personarum qualitate quæstionem habebis. Vt in consolatione: Sitnè huic dolendum ob huius rei iacturam. In gratulatione: Afficiamúrne gaudio ob amici felicitatem? In gratiarum actione: Simúsne grati huic ob acceptum bene-

Quæstio quomodo in expositione inuenienda.


beneficium: in quibus omnibus personarum qualitas diligenter attendenda est, siue vna numero, & singularis sit persona, siue (quod sæpè accidit) vna multarum vice substituta.

DE DIVIDENDA ET PROPAganda quæstione vna in plures.

QVæstione constituta, vt ea explicari commodè & probari poßit, persæpè in alias digerenda est quæstiones: atque hæ quidem probandæ, quàm aptè cohæreant cum prima, et quatenus ei seruiant, ita commodißimè iudicabitur, si quomodo ductæ sint ex illa, & quàm propè eam contingant, intelligatur. Itaq; diducitur vna quæstio in plures, vel trahendo eas ex verbis primæ, vel ex ijs, quæ verbis continentur. Idq; eundo per singula quæstionum genera, quæ suprà descripta sunt: tum per omnes propositæ quæstionis partes. Ex verbis, vt qui quærit, An rectè Cato Martiã tradiderit Hortensio: quæstio est secundi generis, ex præcedenti earum descriptione, An hoc sit illud. Valet enim, an traditio Martiæ sit recta. Præcedit ergo, An est, quæstio: quam per omnia vrba illius, si opus fuerit, ducere poterimus. Vt: An fuerit Cato, an fuerit Martia, an fuerit Hortensius. Nam ex verbo tradendi, quæstio, an sit, formari non potest. Quia vbicunque ponatur, quæstionem, non existentiæ, sed, an hoc si illud, facit: hoc est, an

Tres sunt species quæstionum an sit; an res sit illud, quomodo hoc sit illud; de quibus hoc eodem libro traditum est in capite quid sit quæstio et quotuplex eius divisio.

Ex verbis quæstiones ducuntur, quoties verba ipsa quæstionis principalis, vel singula seorsum inspicimus, vel quædam eorum cum quibusdam conferimus.
Contineri verbis dicuntur illa, quæ cum rebus iis quæ verbis significantur, certo quodam connexu cohærent.



Explicat posteriorem modum quaestionis unius in plures dividendae.

Primus hoc loco Rodolphus ut supra lib. I cap. de genere, specie et divisione.

Vocat id, quicquid de pluribus praedicatur, sive ea specie differant sive numero Species id, de quibus praedicatur.

an sit traditio facta: vel, an quid quisquam tradiderit, quod idem valet. Explicato hoc genere quæstionis, proximum est, vt partes propositæ quæstionis coniungamus (sicut prædictum est) tum singulas inuicem, tum plures, tum vniuersas. Vt: An Cato Martiam tradiderit: An Cato Martiam Hortensio tradiderit. Item: An Cato Martiam Hortensio rectè tradiderit. Quæ iam principalis est quæstio, quæ proposita fuerat, quanquã cætera ex verbis omnes antecedunt. Ex his autem quæ continentur verbis, bifariam fit diuisio. An enim necessariò continentur, aut ex conditione quadam. Necessariò, sicut genus in specie, pars in toto, aut quod alioqui certum est inesse verbis. Vt in Catone homo, tanquã genus continetur. In tradendi verbo, habuisse, dimisisse, contulisse alteri. In Martia, quæ hoc loco Catonis vxor accipitur, commune vxoris nomen. In Hortensio, homo, sicut in Catone. Particula, rectè, quia in tradendi verbo non separatur, sed modũ eius notat, ad substantiam quoque eius refertur. Vnde ex ea, an rectè habuerit, rectè dimiserit, rectè alteri concesserit, quæritur. Erit igitur ex his, quæ verbis continentur, prima quæstio ex genere ducta: An quisquam rectè vxorem suam tradiderit alteri. Cui adhuc insunt, an quisquam habuerit vxorem, an habuerit rectè, an dimiserit, an rectè dimiserit, an tradiderit.

Habuisse, dimisisse, cõtulisse, idcircò insunt verbo tradendi, quia natura sunt priora.

Post

Post quam iterum sequitur prima, an rectè tradiderit. Deinde paulatim pro generibus subijcientur species, & pro an quisquã, an Cato, dicemus. Rursusq; omnia, sicut in superiori ordine per genera & partes ducentur. Vt: An Cato habuerit vxorem, An Cato habuerit rectè, &c. Deinde pro vxore Martiam ponemus, pro altero homine Hortensium, post quam iterum sequitur prima quæstio, An Cato rectè Martiam tradiderit Hortensio.


Ex conditione autem insunt verbis, quæ ex circunstantijs pendent, hoc est, quæ propositam quæstionem à thesi in hypothesin vertunt, de quibus suprà in diuisione quæstionis dictum est. Vt Cato, pro hoc homine, exclusis circunstantijs, thesin facit. Nec interest quærere Catône, an homo fecerit, dum nuda substantia Catonis intelligatur. At circundatus his, quibus propriè Cato dicitur, quæq; substantiæ eius extrinsecùs accedunt, fit hypothesis. Vt: An Cato rectè tradiderit Martiã Hortensio: hoc est, an Cato Stoicus philosophus, ciuis Romanus, Senator, homo spectatæ seueritatis, Martiam, fœminam nobilẽ, benè moratam, opulentam, forma & pudicitia conspicuam, ac trium liberorum matrem, rectè tradiderit Hortensio, viro nobiliori, liberiùs viuenti, Consulari, opibus, gratia, facundia claro. Tum quam ob causam, quomodo, quo tempore, quo loco tradiderit:

Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ nisi M. Tullio excepto, clarior, qui multa munditia et circumspecte compositeque indutus et amictus cum esset ma-

66

Catonem Uticensem Stoicæ philosophiæ sectatorem fuisse, docet Cicero in Orat. pro Lucio Murena.

Nusquam eius inter agendum forent argutæ admodum et gestuosæ maledictis appellationibusque probrosis iactatus. Vide Gell. lib. 1 cap. 5



rit: quæ circunſtantiæ ſunt verbi tradendi, à quo aduerbium rectè, non ſeparatur. Atque hæc omnia ex conditione inſunt, & totidem pariunt hypotheſes, hoc eſt, finitas quæſtiones. Ex conditione dico: quia de his conſtanter pronunciari non poteſt, niſi intelligatur ſi talis ſit Cato, talis Martia, talis Hortenſius, qualis deſcriptus eſt, an tum rectè tradiderit: quæ iam aperta eſt hypothetica. Ergo quæcunq; contingenter inſunt verbis, de quorum conſtantia & veritate dubitari poteſt, ex conditione dicuntur. Et vt ſemel dicamus de hac tota ratione diuidendæ quæſtionis: quæcunque argumenta primùm ducuntur ex propoſito, ſi adhuc dubia probandaq; ſunt, in quæſtionem vertuntur. Fitq;, vt quot argumentorum genera quæſtioni probandæ adhiberi poſſunt, totidem & quæſtionum genera proueniant.

Illud ignorandum non eſt, nō ſemper eaſdem quæſtiones ex vtraq; parte oriri diſſerentibus: ſed prout prima tenuis aut ſinuoſa fuerit, ita pauciores pluréſue ex ea naſci quæſtiones. Quocirca acre iudicium adhibendum eſt, & accuratè videndum, quas prætereamus in diſſerendo, quaſúe ex prima deductas diſputandas ſumamus.

TABVLA MATERIAE DIALECTICES.

Quæſtio,

Quæstio, quæ est materia Dialectices.

- Diuiditur
  - A rebus subiectis, in tria capita
    - An sit
    - An hoc sit illud
    - Quõ hoc sit illud, q. est quadruplex
      - Generis
      - Definitionis
      - Proprij
      - Accidentis
  - A modo quærendi in
    - Prædicatiuam, siue Thesin.
    - Conditionalem, siue Hypothesin
  - Ab artibus, in
    - Cognitiuam
    - Actiuam
    - Mediam
- Inuenitur in
  - Oratione contentiosa, ex contradictione aduersarij.
  - Oratione vnius partis, ex
    - Personis
    - Re
    - Conatu
- Multiplicatur ex
  - Verbis, quæ ponuntur in ipsa
  - His quæ continentur verbis
    - Necessariò
    - Ex conditione.

DE INSTRVMENTO differendi.

INstrumentum Dialecticæ, est oratio, per quam qui differit, fidem facere conatur de eo, quod docendum suscepit. Ea bifariam diuiditur, à structura, & ab effectu. A structura oratio alia continens est, alia concisa. Continens est, quæ perpetuo ductu progreditur: quales sunt Oratorum actiones, laudationes, & hortationes. Concisa, quæ per vices dicendo interrumpitur: vt disputationes, & alternantia scholasticorum certamina. Vtraque ad docendum valet, & sub Dialectici officio comprehenditur: non foro minus, quàm scholis apta. Sed concisa acrior est ad vrgendum aduersarium, continens grauior. Et sicut in illa veritatis disquisitio exactior est, ita in hac speciosior est color.

Alia diuisio.

Ab effectu alia oratio expositio est, alia argumentatio. Expositio (quemadmodum initio operis dictum est) est oratio quæ solam dicentis mentem explicat, nullo quo fides fiat, adhibito. Argumentatio, qua quis rei, de qua dicit, fidem facere conatur. Ergo inter narrationem rhetoricam, & expositionem: item, argumentationẽ & confirmationem, nulla est differentia: nisi quod narratio & confirmatio apud Rhetores partes sunt orationis, quibus certus in ea designatur locus: expositio & argumenta-

Expositio & narratio idem sunt re, sed differũt nomine: quia expositio narrationis nomẽ accipit cũ fit in causa ante

probationem: sic de confirmatione intelligendum.

Eadē res tum expositione, tū argumentatione explicari potest.

tio generalia sunt nomina, quibus & qualibet res tractari, & quæ in quamlibet orationis partem cadere possunt. Nam modò expositione, modò argumentatione vtimur: & sæpè exponimus in confirmatione, sæpè (quod tamen fit breuiter) in narratione argumentamur: nec vllus omninò locus est in oratione, qui non tum expositionis, tum argumentationis capax esse posśit. Itaq; apud Pr[illegible] Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuêre coloni) Carthago, Italiam contra, &c. expositio est, qua recensentur causæ iræ Iunonis, non in hoc vt probetur res: quia hoc dubium non est: sed vt sciat tantū auditor, & intelligat quas ob causas Iuno inimica fuerit Troianis. Itaq; hoc ipsum si vt dubium sumas, & probandi causa dicas: Nō dubium est, quin Aeneam oderit Iuno, quia à posteritate eius exitium Carthagini impendêre videbat. Argumētatio erit, qualis & illa, quæ mox sequitur: Mene incepto desistere victam? Nec posse Italia Teucrorum auertere gentem, &c. Ergo idem expositio & argumentatio fieri potest, mutata tantùm orationis figura: quia idem et causa rei, quæ per expositionem: & ratio, quæ per argumentationem explicatur, esse potest. Vt frigiditas mediæ regionis in aëre, & causa est generandæ pluuiæ: & si quis quærat, vnde proueniat pluuia, per idipsum probari potest. Est enim causa, per quam existit res: Ratio,

per

ver quam cognoſcitur. Sed cùm hoc accidit, vt argumentatio in expoſitionem, vel expoſitio in argumentationem incidat, non eſt mutandum nomen eius ſpeciei, in quam altera incidit: ſed ea quæ fit acceſsio alterius, in nomen quoque eiuſdem ac poſſeſsionem tranſit.

DE ARGVMENTATIONE, ET *quo fides orationi tam rebus, quàm verbis contingat.*

Dixi vtranq; orationis ſpeciem ad docendum pertinere. Sed ita, vt expoſitio quodammodò inueniat, argumentatio faciat fidē. Quocirca attendendum eſt, fidem orationi tam rebus, quàm verbis cōtingere. Rebus, vt cùm is, qui dicit, reputatione earum apud animū fidem ex ipſis velut tacita argumentatione colligit. Quòd cùm omni orationi eſt neceſſarium, tum maximè expoſitioni conuenit. Sed hoc fit multipliciter. Primò, quando vera eſſe certū eſt, quæ dicuntur. Vt de Palamede in oratione Sinonis apud Virg. ſecundo Aeneid. Quem falſa ſub proditione Pelaſgi Demiſere neci, &c. Secundò, quando ſunt per ſe probabilia. Vt: Sæpè fugam Danaî Troia cupiêre relicta Moliri, et longo feſsi decedere bello. Tertiò, quando alijs veris ſunt ſimilia. Vt: Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum Argolica, &c. Simile eſt huic: Sanguine placaſtis ventos et

virgine cæsa, &c. Item quod de Vlysse dicitur: Hinc semper Vlysses Criminibus terrere nouis, et cætera. Nam idem in Palamedem fecerat. Quartò, cùm in numerũ creduntur aliqua, nec causa est cur falsa putentur. Vt: Illi me comitem, & consanguinitate propinquum, &c. Quintò, cùm inseritur alijs veris aliquid, quod ex vno in aliud veluti transitum præbet. Vt, Palamedem occisum fuisse ab Vlysse, & Sinonem à Græcis relictum esse, vera sunt. Sed hoc veluti capite fraudis iunguntur inter sese, quòd Sinon consanguineus fuerit Palamedes, atque indè periculum sibi extiterit. Ergo hoc ipsum caput fraudis iam inde fidē accipit, quia inter duo vera statuitur: facitq; vt alia deinceps fiant credibiliora. Sextò, cùm personæ dicentis vel grauitas, vel affectio spectatur. Vt illud: Fas odisse viros, & cæt. Et: Quod Dij priùs omen in ipsum conuertant, &c. Spectatur odium Sinonis in Græcos & Vlyssem. Itaque non ficta, sed vera videtur imprecatio. Septimò, cùm aliquid aptè et accommodatè pro natura sua dicitur, cuius sola æstimatione colligi poßit fides. Quod totum à rerum natura, ordine, & circunstantijs est petendum, vt causis, personis, locis, temporibus, modis: quibus oratio maximè probabilis efficitur. Nam expositioni, vt cætera desint, tamen hoc in primis est necessarium. Verbis autem fit fides per argumentationem, cùm

Argumentum. Quæstio. Argumentatio.

...im rem dubiam probabili argumento colligimus. Argumentum voco inuentum illud, quod probandæ rei adhibetur: rem dubiam, quæstionem. Iuncta enim hæc duo inter se, argumentationem efficiunt, hoc est, orationem, qua rem probandam cum probatione complectimur. Ergo quomodo inuentum illud ex proposito ducendum sit, libro superiori ostendimus: hîc, quæ instrumenti, hoc est, orationis sint propria, docemus.

DE INDVCTIONE ET Syllogismo.

Inductio.

ARgumentationis itaq; duæ sunt species, inductio & syllogismus. Inductio, est argumentatio, qua ex pluribus vel partibus, vel speciebus, vnum aut totum, aut genus vniuersaliter colligitur. Genus hîc voco, quicquid aliqua ratione in plura diuiditur. Species, in quas diuiditur. Ex partibus inductio fit hoc modo: Plebs Romana optimè de Milone sentit, & equester ordo, & Senatus: tota igitur ciuitas optimè de Milone sentit. Ex speciebus: Pompeius habet peritiam rei militaris, habet autoritatem & felicitatem: habet ergo cuncta in summo Imperatore requirenda. Syllogismus siue ratiocinatio, est oratio, in qua positis quibusdam, necesse est aliud præter ea quæ posita sunt, euenire. Vel, est argumentatio, in qua positarū duarum propositionum duo ter-

mini sic iunguntur in tertio aliquo, vt necesse sit eos eodem modo inter se iungi in conclusione. Vt Omnis insidiator iure occiditur: Clodius est insidiator, ergo Clodius iure occiditur. Hic in duabus propositionibus, id quod est iure occidi, & Clodius, iunguntur affirmatiuè in eo, quod est insidiatorem esse: iunguntur ergo inter se affirmatiuè, Clodiũ iure occidi. Eodem modo & negatiuè iungi possunt: Nullum, qui fatetur à se hominem occisum, fas est viuere: Milo fatetur à se hominem occisum: Ergo Miloni fas non est viuere. Vbi Milo, & fas est viuere, iunguntur negatiuè, hoc est, disiunguntur in eo, quod est, fateri à se hominem occisum esse: disiunguntur ergo inter sese. Varia est coniungendi ista, & disiungendi forma, certaq; lege comprehensa à Dialecticis, quæ syllogismorum figuris continetur. Itaque exactè de his dicere, ad iudicandi partem pertinet. Illud in præsentia dicendum est, id, quod argumentatione efficitur, conclusionem dici: ea per quæ efficitur, propositiones. Et in inductione nullum habere certum inter se ordinem propositiones, nec numerum præfinitum, in ratiocinatione definitas esse. Nam ratiocinatio duabus tantùm constat propositionibus, quarum altera maior, quæ plus habet viriũ, siue propositio: altera minor, siue adsumptio vocatur. Porrò hæ propositiones conficiuntur ex tribus terminis: quorum

Syllogismi structura & partes.

vnus maius extremum, alter minus, tertius medium vocatur. Maius extremum est, quod cum medio in maiori propositione iungitur. Vt in superiori syllogismo, iure occidi. Minus extremum, quod in minore cum medio sumitur, vt Clodius. Medium, quod bis sumitur, & connectit extrema inuicem, vt insidiator. Nam cùm propositio omnis duobus terminis cõstet, subiecto & prædicato: sintq; ob id binis propositionibus quaterni termini necessarij: quæstio autem binos tantùm suppeditet ad conficiendam ratiocinationem, rectè is qui extra sumitur, bis vsurpatur, vt fiat quasi vinculum argumentationis. Nam ratio connexionis in hoc est, quòd quia duo iungũtur in vno tertio, hoc est, partes quæstionis in argumento iunguntur & inter se in conclusione.

ENTHYMEMA ET EXEMPLVM.

PRædictæ argumentandi species perfectæ sunt, sed præter has sunt & aliæ duæ imperfectæ: enthymema, & exemplum: quarum altera ad syllogismum, altera ad inductionem redigitur. Enthymema est imperfectus syllogismus, constans ex maiore, vel minore propositione, & conclusione. Ex maiore: vt, Insidiator iure occiditur, Ergo Clodius iure occiditur. Ex minore: vt, Clodius est insidiator, ergo iure occiditur. Exemplum est imperfecta inductio, cùm ex vna parte vel specie, totum vel genus

vniuersaliter colligitur. Vt: Romulus Remum occidit, ergo imperij consortium nunquàm tutum erit. Item illud, Quid satis est, si Roma parum? Quod sic explicatur: Roma satis non est, ergo nulla res est satis. Tametsi hoc imperfectam inductionem rectiùs, quàm exemplum appellaueris. Exempli enim nomen non omni imperfectæ inductioni cõuenit, sed ei duntaxat, quæ ex eis sumitur, quæ ad imitandum aliquid, vel fugiendum in vita pertinent: quemadmodum libro superiori dictum est. Ergo non omnis imperfecta inductio exemplum est, nec omne exemplum imperfecta inductio. Verbi gratia: Scipio Nasica Tyberiũ Gracchum iure occidit: Ergo Cicero Catilinam iure occidit. Exemplum est à pari vel minori, non tamen inductio, sed enthymema. Illud autem: Quid satis est, si Roma parum? inductio est à specie: exemplum nemo propriè dixerit. At quod apud eundem Poëtam est: Omnisq; potestas Impatiens consortis erit: Quoniam Fraterno primi maduerunt sanguine muri, & exemplum, & inductionem rectè appellaueris.

DE POTESTATE ET VSV perfectæ argumentationis, & imperfectæ.

Perfecta argumentatio vt certa est, ita etiam difficilis.

OMnis perfecta argumentatio est certæ exploratæq; fidei in colligendo, si modò ritè fiat, &

& quæ vera sint, sumantur. Nam hæc summa lex est, ex falso verum consequi posse, at ex vero nil nisi verum legitimè effici. Si dicas enim: homo asinus est, igitur & animal est, ex falso verum consequitur. At si dicas, homo animal est, hoc vero posito, nõ nisi vel spirare eum, vel sentire, vel aliud quod idem verum sit, perfecta argumentatione efficere poßis. Ergo perfectæ argumentationis vsus vt longè efficacißimus est, ita etiam difficillimus. Nam expositis omnibus, per quæ fit probatio, quid vicij erroris ue subsit, latere non potest. At in imperfecta, quia non omnes partes exponuntur, vicia quoq; minus se proferũt.

Vtimur tamen imperfecta argumentatione sæpè loco perfectæ, cùm scilicet pars aliqua, quæ per se manifesta est, tutò omittitur. Nam sicut in inductione, exposita vna atque altera parte, vel specie, reliquæ sæpè vltrò incurrunt in animum: ita in syllogismo sæpè maior, sæpè minor propositio per se notior est, quàm vt egeat expositione. Itaq; non Dialectici tantum, sed & Rhetores vtroque genere argumentationis vtuntur. Sed hoc interest, quod Dialectici astrictius omnia dicunt: Rhetores, cùm in leuioribus rebus ferè imperfectam, in grauioribus perfectam argumentationem adhibeant, non astringunt se ad scholasticam illam & spinosam argumentandi legem, quæ à Dialecticis præscribitur: sed vt am-

Discrimẽ inter Dialecticos et Rhetores in argumentando.

plam & copiosam orationem efficiant, dicendi vbertate cuncta obruunt, mutant ordinem propositionũ sæpè minorem ante maiorem, sæpè è diuerso locant colligunt alia breuiùs, alia fusiùs explicant: sæpe complectuntur totam argumentationem vna propositione, sæpè singulas partes latè fundunt. Fitq; in his omnibus, vt quamuis vertat in mille formas orationis figura, tamen nulla sit tam longa & ampla disputatio, quæ in certam argumentationis formam colligi non poßit. Vt tota pro Milone defensio in hunc ferè syllogismum conijcitur: Vim vi repellere licet: Milo vim vi repellens Clodium occidit, Ergo iure occidit. Quocirca communes loci (quos vocãt) qui & sæpè expetuntur ab Oratoribus, & liberiùs tractantur, non aliud ferè sunt, quàm maiores ratiocinationum propositiones. In quibus illud aduertendum est, quòd non semper vniuersaliter proferuntur, ne supina videantur, & ociosa: sed vt astricta rebus certiùs apprehendantur, et in animos penetrẽt, in particularia conuertuntur. Itaq; pro eo quod, omnis veneficus eſt damnandus, dicendum erat, Cluentium damnandum esse dicimus: & pro, omne bellum suscipiendum eſt, in quo agitur salus sociorum, dicimus bellum contra Carthaginenses & Mithridatem esse suscipiendum. Ergo, vt ad institutum reuertamur, tam Rhetores quàm cæteri indifferenter vtraque

Epilogus.

que

quę specie argumentationis vtuntur, tametsi Rhetores hoc faciant liberiùs. Et perfecta quidem argumentatio semper indubitatæ est fidei in colligendo, si ritè fiat: imperfecta non item. Nam cùm illa firma & inuiolabilis sit, si ex veris constet: hæc sanè bifariam reprehendi potest. Tum enim verum esse negatur, quod sumptum est: tum non consequi, quod intenditur. Vt qui dicit: Occidisti hominem, ergo puniendus es: Potest negari, quòd occideris. Deinde, vt maximè verum sit, negabis cõsequi. Non enim quisquis occidit hominem, puniendus est: quia multi sępè necessariò occiduntur. Itaque quomodo huic vitio occurrendum sit, hoc est, imperfecta argumentatio ad perfectam redigẽda, statim dicemus: si prius de duplici argumentandi ductu pauca admonuerimus.

DVPLEX ARGVMENTANDI DUCTUS.

Cuiuslibet rei per argumentationem probandę vel improbandæ, hoc est, colligendæ conclusionis, duplex est ductus: rectus, & obliquus. Rectus est, cùm proposito themate recta via colligimus id, quod intendimus. Vt, sapientem esse diuitem: id recta via ita colligitur: Sapiens nullius rei indiget, ergo sapiens est diues. Obliquus est, cùm non recta via tendimus, sed accepto contradicente eius, quod

Recta argumentatio, quæ statim efficit quod intendit.
Obliqua argumentatio per oppositũ efficit ꝙ intendit.

quod probare volumus, colligimus ex eo aliquid, quod falsum sit, à quo regreßi docemus falsum id esse, ex quo collectum est: idq; quia contradicens est eius, quod probare volumus, ostendimus hoc ipsum esse verum. Vt: Sapiens est diues: si enim non sit diues, cupiet aliquid. Sed falsum est hoc: falsum ergo ex quo colligitur: nimirum non esse diuitem sapientem. Atqui hoc contradicens est eius, quod intenditur: verum est ergo, diuitem esse sapientem. Hi ductus per omnes species argumentationis duci possunt, et in vtranq; partem valent. Sunt enim non species, sed viæ quædam colligendæ intentionis, quæ vim ex eo habent, quòd neq; ex vero aliud, quàm verum effici potest: neque duo contradicentia simul vera esse possunt, aut falsa. Differunt tamen vi & aggrediendi ratione: quòd directus ductus aperto Marti similior est, obliquus ex insidijs aduersarium adoriri videtur.

QVOMODO IMPERFECTAE argumentationi succurratur.

Imperfecta argumentatio bifariam confirmatur.

CVM igitur ad affirmandam rem vtrouis ductu argumentatio explicita fuerit, si perfecta sit & vera, concedatur oportet: quemadmodum suprà dictum est. Sin imperfecta, duo sunt, quæ obijci possunt. Vel enim negatur verum esse, quod sumptum est: vel non consequi ex eo, quod intenditur. Si negatur sequi, redigenda est imperfecta ad perfectam.

ram. Verbi gratia: Clodius fecit insidias Miloni, ergo iure est occisus. Si quis neget consequi, adde maiorem propositionem, & syllogismum compleueris. Dic: Omnis insidiator iure occiditur: Clodius insidias fecit Miloni, Est igitur iure occisus. Eodem modo in inductione: Pisistratus accepto publicè præsidio, tyrannidem inuasit, ergo quisquis petit præsidium è publico, tyrannidem affectat. Hoc si quis neget consequi, adde reliquas partes, & dic: Idem Phalaris, idem Sylla, idem C. Cæsar fecerunt. Et quia hîc plura desunt, supple defectum generali sententia, & adde: Nec quisquam ferè fuit, qui non eodem modo fecerit. Ergo quisquis hoc facit, tyrãnidem affectat. Et sanè vtile fuerit tali remedio vti, si partium vel Notatio specierum copia destitutus fueris: vel, quod tutius etiam est, diuersum ab aduersario exigere. Sicut Cicero pro Cecinna interrogans, quæ actio sit, si hæc non sit. Simul enim, vt inquit Fabius, omnia remouentur. Sin verò negatur verum esse quod sumptum est, id rursus alia argumentatione colligendum erit, eadem via, qua conclusionem colligi debere demonstrauimus. Idq; eousq; faciendum, donec ad certum aliquod & confessum peruentum fuerit, quod aduersarius negare non poßit. Vt sapientem diuitem esse, ita probabit Stoicus: Sapiens est diues, quia nullis opibus indiget: nullis indiget, quia habet quas vult:

habet

habet quas vult, quia nullas cupit: nullas cupit, quia bonas esse non putat: non putat, quia solam virtutem in bonis esse iudicat. Hoc, quia summũ est apud Stoicos, & totius disciplinæ caput, negari non potest. Sustinet igitur & confirmat totum præcedentem ordinem, qui in ipsum tanquàm fundamentum incumbit. Connexio autẽ tota enthymematica est per Soriten siue aceruationem: cuius partes vt imperfectæ sunt, & directò ductæ, ita in perfectas ratiocinationes singulatim cogi, & obliquo ductu explicari possunt. In consecutione igitur ostendenda perfecta argumentatione vtendum est, in proposito confirmando imperfecta adhibenda.

DE SOLVENDA ARGUmentatione, & elabendo.

Sicut est autem disputantis confirmare id, quod probandum sumpsit: ita eius qui diuersa tuetur, dissoluere quæ confirmata sunt.

Solui argumentationem, est eam refelli.

Soluitur autẽ argumentatio eisdem, quibus struitur, modis: vel negando sumptum, vel negando confici ex eo, quod intenditur. Posterius fit bifariam vel quia imperfecta sit argumentatio: vel, si sit perfecta, videri potiùs talem esse, quàm quòd reuera sit talis. Vt si dicatur: Sapienti nullæ desunt opes, ergo sapiens est diues. Prius soluitur negando verum esse quòd proponitur, sapienti nullas deesse opes. Quod si pro

ſi probetur, quia nullas cupiat: reliquum eſt, vt negatur intentio confici ex propoſito: non ob id diuitem eſſe, quia nullæ ei deſint opes. Id ſi probetur adiecta maiore propoſitione, quòd cuicunq; nihil deſit, eum diuitem eſſe: negabitur fortaßis & iſta. Sed concedatur, & quod vltimum eſt apprehendatur, argumentationem non verè perfectam eſſe, tametſi appareat: eò quòd deeſſe, non eodem modo in vtraque propoſitione accipiatur: idq; eſſe contra legem veræ ratiocinationis. Aliter enim deeſſe dici, quod non adeſt: aliter, quod deſideratur. Itaque ſi priore ſignificatione accipiatur: veram eſſe maiorem, minorem falſam: ſin poſteriore, minorem veram eſſe, maiorem falſam. Quare nihil mirum eſſe, ſi quæ perperàm in propoſitionibus iunguntur, malè item cohæreant in concluſione: cùm medium ratiocinationis non numero, ſed ſpecie modò ſit vnum. Atque hæ ſoluendi rationes ad rem feruntur.

Aliter deſunt cornua homini, aliter boui.

Sunt & aliæ, quæ non in rem, ſed in perſonam feruntur, elabendi veriùs, quàm ſoluendi rationes. Vulgus Dialecticorum, ſolutiones ad hominem appellat. Elabimur autem tribus ferè modis: regerendo aliquid in aduerſarium: eleuando id, quod dictum eſt: & à propoſito digrediendo. Regerimus aliquid in aduerſarium, repetendo cũ æquè firma argumentatione: quod tum in rem, tum in perſonam fieri poteſt.

Elabendi rationes non in rem, ſed perſonã feruntur.

teſt.

test. In rem, vt cùm æquè firma re illum vrgemus, ac nobis intentata est. Vt cùm Cicero pro Cælio obiectæ luxuriæ spem futuræ industriæ opponit. Et Iuno apud Poëtam: Indignū est Italos Troiam circundare flammis. Indigniora regerit: Quid face Troianos atra vim ferre Latinis, &c. In personam, cum omissa re, qualiscunq; ea sit, contendimus ab aduersarij persona eam obijci non conuenire. Vt pro Ligario obijcitur Tuberoni, quòd in eadem causa fuerit, cuius Ligarium accusat. Et in Sallustium: Quasi verò tu sis ab illis viris Sallusti ortus. Sic Turnus apud Virgilium: Meq; timoris Argue tu Drance. Et Aeneas: Tantumq; nefas patrio excidit ore? Eleuamus autē contemnendo rem, quæ obijcitur, & extenuando. Vt Cælij accusationem Cicero vult iras & querelas amantium potius, quàm crimina videri. Et Dido apud Poëtam: Italiam petijt fatis autoribus, esto, Cassandræ impulsus furijs, &c.

In digrediendo videndum est, vt animum auditoris aliquo affectu occupemus: ita enim facilius obliuiscetur eius, quod negligi volumus.

Digredimur, cùm à proposito abducimus orationem, vt aduersarij vitemus laqueum. Qua cautela Cicero in oratione pro Cælio vsus videtur, cùm disputat de Q. Metelli morte, & suspicione in Clodiū. Sed quia hoc variè fit, præceptis non facilè comprehendi potest.

DE EXPOSITIONE, ET speciebus eius.

Hactenus

HActenus de argumentatione, & quid sit ea, & quæ species eius, & quomodo cõficiatur, dictum est: nunc de expositione dicamus. Expositio alia ad voluptatem pertinet, alia ad veritatem, alia ad finem. Ad voluptatem, quæ oblectandis animis potiùs, quàm vlli alij fini est destinata. Sic quæ ad veritatem. item quæ ad fidem est accommodata. Primam sequuntur Poëtæ, secundam Historiographi, tertiam Philosophi & Oratores, tum quicunq; rem propositam exponendo docere conantur. Quemadmodum igitur vniuscuiusq; harum suus proprius est finis, ita & certa lex proposita, ad cuius præscriptum exigatur. Nam apud Poëtas, & vbicunq; affectus mouendi sunt, ficta voluptatis causa, sint proxima veris. Apud rerum scriptores nihil debet esse sanctius veritate. Oratoribus autẽ, & ijs, qui de re proposita fidem facere conantur, non modò vera dicenda sunt, sed & firma, ac velut ipsa sibi fidem facientia, tum omnibus partibus ad propositã quæstionem accommodata.

Expositio poëtica, historica, dialectica.

DE DIALECTICA expositione.

ERgo Dialectica expositio, quæ propria est nostri instituti, & probabilis esse debet, & accommodata quæstioni. Probabilis erit, si fuerit argumentosa, si consentanea rebus, si per se consequens.

Dialectica expositio oratoribus & philosophis est cõmunis.

F Argu-

Argumentosa. *Argumentosa erit, si causas rerum habuerit, non modò summæ earum, sed & partium singularum. Summæ vt cùm causæ belli, pacis, pestilentiæ, & id genus aliæ exponuntur à rerum scriptoribus. Item, qualis illa pro Milone narratio, cùm exponitur, cur Miloni Clodius insidias facere voluerit. Partium verò, vt illud de eodem: Subitò reliquit annum suum, & se in annum proximum transtulit (causa) non religiõe aliqua, sed vt haberet, quod ipse dicebat, ad præturam gerendam, hoc est, ad euertendam Rempublicam, plenum annum atq; integrum. Item apud Poëtam: Sæpè fugam Danaî Troia cupiêre relicta Moliri (causa subtexitur) & longo fessi decedere bello.*

Consentanea. *Consentanea erit, si locus, temporibus, rebus, & personis apta fuerit: hoc est, vt qualia hæc sunt, talia & dicta factaq; personarum effingantur. Etenim non eadem Achilli & Nestori, philosopho & ganeoni conuenient: sed magna magnis, humilia paruis, læta lætis, tristia tristibus, grauia seueris, turpia improbis erunt accommodanda.*

Consequens. *Consequens autem erit expositio, si non modò prioribus sequentia non discrepabunt (quod vtique viciosissimum fuerit) sed alia ex alijs quodammodò affici videbuntur: hoc est, si pendebunt ex prioribus sequentia, et ad commemorationem eorum quodammodò expectabuntur. Talis equidem est tota illa pro*

pro Milone narratio, quæ perpetuo ductu ita aptè alia ex alijs continuat, vt quamuis pugna illa fortuita fuerit, tamen ad insidiatorem demonstrandum nihil verisimilius dici poßit. Plus habet negocij, vt accommodata sit expositio, hoc est, vt quàm maximè idonea sit ei efficiendo, cui destinatur. Quapropter intuendum est id, quod docendum suscepimus (nam certa ferè res est, ad quam referuntur omnia) & ratione eius cum singulis partibus propositionis inita, diligenter videndum est, quid insit in eo, quod iuuet partes nostras, quid obstet, quid quomodo expositum prodesse nobis, aut contrà obesse queat. Dandaqúe est opera, vt quæ iuuant, augeantur, quæ dubia sunt, in nostram trahantur partem: quæ nocent, prætereantur, si fieri poßit, aut saltem molian tur. Eaq; omnia cum argumentis fiant, non tamen explicanda est argumentatio, sed tantummodò ponenda: ne, quæ instituta erat expositio, in argumentationem euadat. Illud quoque in primis obseruandum esse videtur, vt semper, quoad fieri potest, fauorabilem narrationis ingressum faciamus: præsertim si causa asperior fuerit. Nam ita & animus auditoris beneuolentia occupabitur, & id, quod dicemus, benigniùs admittetur. Obseruauit hoc Terentianus senex in Andria, qui apud libertum suum amorem filij confessurus, non statim à re ipsa, sed à lau-

Obseruatio à narrãdo, quæ maximè Oratoribus & Poetis est accommodata.

à laude & continentia filij incipit. Horum, inquit, *ille nihil egregiè præter cætera, & tamē omnia hæc mediocriter, &c.* Deinde dura quæque & aduersa mollit, donec sensim eousq; peruenit, vt quod institutum erat, liberiùs eloquatur. Ergo diligēter circunspiciendum est, & quærendū aliquid, quod gratiam conciliet initio dictionis, & quod instituto nostro sit accommodatum.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Orationis partes quas & quot alij fecerint.

HAbent & partes orationis suam in differendo inuentionem. Quare expeditis speciebus, de his quoq; dicendum est. Cicero alibi sex, alibi quatuor orationis partes facit: exordium, narrationem, confirmationem, & conclusionem. Quarum mediæ duæ ad rem, prima & vltima ad auditorem referuntur. Aristoteles duas tantùm necessarias putat, propositionem & confirmationem. Quod sanè in idem recidit: quia de his intelligitur, quæ ad rem accommodantur. Verùm illi de ciuili oratione locuti sunt, nobis in vniuersum est dicendū. Oratio igitur, quæ credentem habet auditorem, & sola expositione constat, sola expositione contenta esse potest. Vt Aristotelis prædicamenta, quæ ab ipsa re statim incipiunt: Eorum quæ dicuntur, quædam dicuntur complexim, quædam sine complexione. Item Analytica posteriora: Omnis doctrina & omnis disciplina fit ex

Partium numerus pro orationis diuersitate variatur.

priore cognitione. Vt plurimum aũt hoc genus duas tantùm partes, vel tres interdum habet præparandi auditoris causa, & expositionem rei, & epilogum in plerisq; adijcit Cicero. Vt in Offic. Habes à patre M. fili munus, &c. Quæ verò argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est, expositionem & argumentationem. Sed expositionem vel latiùs fusam, quæ in ciuilibus causis narratio vocatur, vel in propositionem collectam, pro eius, de qua disseritur, conditione. Exordium etiam frequenter adhibetur ad præparandum auditorem, & ad muniendũ aditum ad difficiliorem quæstionem. Tum verò epilogus, qui accommodatur ad placandas offensas aures, & ad incitandos animos in grauioribus negocijs, & ad memoriam reficiendam. Atque in his quidem narratio & propositio expositione constat, confirmatio argumentatione. Exordium autem & epilogus partim expositione, partim argumentatione. Partes enim exordij sunt, beneuolentia, attentio, & docilitas: quorum priora duo ferè argumentatione conficiuntur, postremum expositione. Epilogi siue conclusionis ferè totidem. Nempe vt conciliemus nobis auditorem, vt aduersario infensum reddamus, vt capitibus orationis in vnum conductis, memoriam renouemus. Quorũ item priora duo ferè argumentatione tractantur, postremum expositione.

Qua specie orationis partes singulæ explicentur.

TABVLA INSTRVMENTI DIALECTICES.

- *Instrumētum disserendi est oratio, cuius species sunt,*
  - *Argumentatio*
    - *Inductio*
    - *Ratiocinatio*
      - *Perfecta, quæ semper firma est in colligendo.*
      - *Imperfecta, quæ ad perfectam est redigenda.*
    - *Probabilis, quæ est*
      - *Argumentosa.*
      - *Consequens.*
      - *Consentanea.*
  - *Expositio*
    - *Accommodata*
      - *Quæ & tota, & singulis partibus suis ad efficiendum id, quod intenditur, est idonea.*

DE FACVLTATE INVENIENdi, & copia ex locis paranda.

EXplicata materia & instrumento disserendi, reliquum est, vt id quod tertium ac principale propositũ fuerat, de vsu ac facultate locorum exequamur. Ac primum quidem illud ignorandum non est, nullum discrimen inter Dialecticos & Rhetoricos locos esse, quantum ad rem pertinet, sed sola praeceptione et tractatu differre. Nam attributa negociorum & personarum, quae vocant Rhetores, ad ciuiles quaestiones propriè accommodata sunt: dialectici verò loci cùm ad omne genus quaestionis pertineant, tum verò rhetoricos intra se locos vi sua & natura complectuntur. Itaq; cùm de facultate inueniendi nobis dicendum sit, neutrum genus hoc loco excludemus: sed quaecunq; de dialecticis locis dicentur, quorum capita priore libro descripta sunt, eadem de attributis negociorum & personarum erunt intelligenda. Facultas igitur differendi tribus rebus parari poterit, locorum notitia, descriptione eorum per locos, & eorundem, quibus res descriptae sunt, cõparatione. Locorum notitia duabus rebus constabit: si numerum eorũ, et vim ac proprietatem, sicut priore libro explicati sunt, exactè tenuerimus: & si argumentationes ab autoribus traditas suis reddiderimus locis.

Iidem loci rhetorici & dialectici.

Facultas.

Quod equidem non in hoc tantùm proderit, vt copiam nobis ac veluti thesaurũ quendam inueniendi paremus ex locis: sed vt virtutes quoq; autorum intelligamus, vt dijudicemus argumentorum varietatem: et, quod summum in hac re est, vt formemus iudiciũ in literis, artificiumq́; omne non modò inuentionis, sed & elocutionis perspiciamus. Sunt enim hæc iuncta inter se in magnis autoribus: elocutioq́; omnis ita affixa est rebus, vt iudicio quidem discerni, re autem ipsa diuelli non poßit. Et *argumentationes quidem suis reddentur locis, primùm si proposita vnaquaq; videatur quod sit argumentum in ea, hoc est, mediũ argumentationis, idq́; inuentum in ratiocinationis formam cogatur.* Est *autem, quod sumptum in propositione, in conclusione non sumitur.* Vt: Philosophus *non rectè dimittit vxorem, non igitur* Cato *rectè dimittit: mediũ argumentationis est* philosophus. Deinde *si conferatur cum eo, quod sumitur in conclusione, & in propositione non est sumptum, nempe cum* Catone. *Quo facto, videndum erit, significétne aliquid quod sit in* Catone, *vel extra. Significat vtique philosophus aliquid, quod est in* Catone. Sed *vide, sitné substantia eius, vel pars substantiæ, vel circa eam.* Certum *esse circa substantiam.* At *quomodo? non vt subiectum, neq; vt actus, ergo vt adiacens.* Inest *enim substãtiæ* Catonis *philosophia,*

& mo-

& modum ei quendam adfert, quo aliquid aliud dicitur, quàm secundum substantiæ suæ denominationem Sed quia duobus extremis constat quæstio, subiecto & prædicato, illud quoque attendendum est, medium cum vtrouis eorum conferri posse. Vt in *prædicto exemplo, philosophus.* Si enim cũ Catone *conferas, adiacens erit* Catonis: *sin cum vxore, contingens.* Contingit *enim vxori philosophum habere maritum, & pariter philosopho contingit habere vxorem.* Eodem *modo si dicas:* Tarquinius *peregrinus est* Romæ, *ergo non debet* Romæ *expetere regnum: medium est, peregrinum esse.* Quod *si cũ* Tarquinio *compares, è loco erit argumentum : sin* Romæ, *ex connexis: sin ei quod est, regnum expetere, ex contingentibus.* Ergo *licebit ex quouis horum nomen dare argumento.* Quamuis *rectiùs dicetur ex eo (nempe ex loco) vnde commodißimè erit inuentum.* Atq; *ex his satis liquit, quæstionem, hoc est, conclusionem argumentationis ante omnia cognitam esse oportere, quòd, nisi ea comprehensa, non poßit vestigari argumentum.* Itaque *si hæc obscura fuerit, eadem via comprehendenda erit, qua suprà docuimus, quæstionem principalem orationis inueniendã esse.* Inuentæ *autem conferendum erit id, quod pro argumentatione sumitur, & videndum, idipsum vnúmne sit, an plura: & si plura, an alterum ex his*

alteri probando adhibeatur. Quod si vnum erit, id propositio erit enthymematis, quæstio autem conclusio. Sin plura, & alterum alterius probatio, vna argumentatio erit respectu propositæ quæstionis, sed ordine probandi plures. Quod si non probetur vnum per alterum, sed vnumquodque per se probet inuentionem: plures erunt & argumentationes. Sin neutrum horum fuerit, vel plures erunt vnius argumentationis propositiones, vel plurium propositionum probationes. Itaque in hoc toto opere iudicando diligenter spectandum est, quando latiùs explicetur argumentatio, quando concisa sit, & velut in arctum concludatur. Item, quando proxima sit ei, quod probandum intenditur, quando transsumatur. Nam in explicando argumento Rhetores sæpè quadripartita, sæpè quinquepartita argumentatione vtuntur, & singulas partes latè tendunt. Sæpè iungunt propositionem & conclusionem in vnius speciem propositionis: sæpè solam propositionem loco totius ponunt, sæpè probationem loco propositionis. Nec in his semper proximum argumentum sumunt, sed prætermisso eo, quod proximum erat, tanquàm confesso, ad aliud, quod consequens est, festinant. Vt apud Senecam Megera: cùm dicit: Semperq; constitit nasci Deum. Excipit hoc Lycus, & confutat: Quemcunq; miserum videris, hominem scias. Quæ-

stio

stio est: An Hercules sit Deus. Ea confutatur nõ proxima, sed transsumpta argumentatione: Hercules est miser, igitur est homo. Nam inter hanc, & quæstionem hæc intercidit: Hercules non est Deus, quia est homo. Quæ tanquàm confessa transitur, alioqui proxima futura. Deinde ista sequitur: Hercules est homo, quia est miser. Quæ transmissa priore occupatur. Ergo plenus & continens ordo erat: Hercules non est Deus, quia est miser. Quorum alterum ex diuersis Deo, alterum ex adiacentibus hominis est ductum.

DESCRIPTIO QVAESTIONIS per locos.

DEscriptio quæstionis, quam Græci ἔκφρασιν vocant, est, cùm rem quanque in quæstione positam per locos diducimus, & ex his singula, quæ ei conueniunt, accommodamus. Ad hanc rem primùm necessaria est omnium locorum, de qua prædiximus, exacta notitia. Deinde rei ipsius perfecta cognitio. Tertiò delectus, qui in accommodandis locis est adhibendus. Etenim vt alia alijs describendis aptiora sunt, ita quædam ea sunt conditione, vt propositis rebus minimè conueniant: quædam verò vt non nisi eisdem in pronunciato comprehensis accommodentur. Fit autem omnis descriptio commodißimè per pronunciatum, ea lege, vt res quæ describitur,

subie-

subiectum sit, id quod ex loco ducitur, prædicatum. Nisi fortè rerum natura obstet, quò minùs hoc fieri poßit: vt inter genus & speciem, subiectum & adiacens. Quæ eo ordine inter se constant, vt genus de specie, adiacens de subiecto incommutabiliter prædicari sit necesse. Proponatur exempli gratia, homo in quæstione: An homo sit animal, & per omnes locos deducatur. Homo est animal rationale, descriptio est ex definitione. Homo est animal, ex genere: & est ipsa quæstio. Homo doctus est homo, Cato est homo, ex speciebus (quemadmodum hîc speciem accipimus.) Deinde, homo est rationalis, homo est capax disciplinæ & virtutis, potest loqui, potest fidibus canere, descriptio est ex proprijs. Ex toto, quia per se totum est, describi non potest: nisi fortè dicatur, homo est totius mundi pars. Ex partibus, homo ex anima & corpore constat. Humani corporis partes sunt, caput, humeri, pectus, venter, manus, pedes. Ex coniugatis, homo est humanus, homo humanitatem præcipuè expetere debet, homo omnia facere debet humanè. In quibus de pronunciati forma nonnihil mutatum est, vt quod ex loco est ductum, proposito rectiùs accommodetur. Etenim ineptè dixeris, humanum corpus est caput, manus, pedes. Sic absurdè, & nullo prorsus sensu, homo est humaniter, est humanitas, &c. Ex adiacentibus, homo est doctus, est sapiens,

ſapiens, eſt facundus. Ex actibus, homo loquitur, docet, ſaltat. Ex ſubiecto rurſus nihil duci poteſt, quia homo in ſubiecto non eſt. Ex cauſis, homo eſt ex viro & muliere procreatus: eſt natus ad beatitudinẽ. Ex connexis, homo eſt liber, eſt ſeruus, eſt Imperator. Tametſi iſta rectiùs ſingulis hominibus attribuuntur. Vt: Cato eſt diues, eſt cenſor, eſt Imperator. Ex loco, vt Cato eſt Romæ, eſt in Aphrica. Ex tempore, Cato verſatur in bello, in pace, ludos ſpectat, conſultat manè, veſperi cœnat. Accidentium loci non conueniunt rebus per ſe acceptis, ſed pronunciatis earũ rectè accommodantur. Vt ſi dicas, homo loquitur: ibi loqui actus eſt hominis, cui contingens eſt, quod pſittacus effingit vocem humanam: pſittacus autem homini comparatus, diuerſum eſt: effingere vocem humanam, ad id quod eſt loqui, genus. Quicquid enim loquitur, effingit vocem humanam, ſed nõ è conuerſo. Porrò hominem loqui, comparatum ei, quod eſt pſittacum effingere vocem humanam, contingens eſt: ſicut & tußire hominem, ad id quod eſt loqui, contingit. Eodẽ modo nomen & pronunciatum non niſi pronunciato rectè attribueris. Vt homo, quia ex humo ſit, dicitur Solonis ſentẽtia: hominis vita eſt infelix: Scipio Naſica à ſenatu quondam vir optimus fuit iudicatus. Sic & comparationes, ac ſimilitudines non proſunt per ſe rebus aptari,

ri, nisi sumatur aliquid in ipsa re, per quod alteri rei comparetur. Vt: Demosthenes *eloquẽtia par fuit* Ciceroni. Hector *viribus impar fuit* Achilli. Sicut *sol vnus omnibus lucet, ita vox præceptoris vna pluribus sufficit.* Opposita *& diuersa, quia non conueniunt rei nisi per negationem, parum est quod ad descriptionem cõferant: nisi fortè alijs adhibeatur locis, & vel in similitudines, vel comparationes transferantur.* In *similitudinem hoc modo:* Quemadmodum *nauta certiùs cursum dirigit, qui maris & tempestatum pericula non ignorat, ita homo doctus & prudens, quæ vtilia sunt vitæ, faciliùs prouidet: stultus autem & imperitus, erroris atque inscitiæ tenebris impeditur.* In *comparationem hoc modo:* Si *labi, & errare turpe est: quanto honore sunt afficiendi docti atq; diserti homines, qui mentes nostras veri & boni cognitione illustrant.* Et *in hunc quidem modum, cùm vna pars quæstionis descripta fuerit, tunc ad alteram transeundum erit, & pari ratione per omnes locos deducenda.*

LOCORVM COMPARATIO.

Comparatio, *est locorũ, quibus descriptæ sunt partes quæstionis, inter sese, vel vnius cum vtraque parte quæstionis, collatio: quã perspicitur, quid conueniant inter sese, vel cum vtraq; parte quæstionis loci, quid discrepent.* Nam *quatenus vel locis*

inter sese, vel vni cum vtraque parte quæstionis conueniet, eatenus et partes quæstionis altera de altera non negabitur: & quatenus loci inter sese, vel cum partibus quæstionis dissentanei erunt, eatenus & quæstio probari non poterit. Etenim consensio locorum quæstionem firmam efficit, dissensio euertit. Sumatur exemplum, quod pauló antè positum est, & quæratur, an homo sit animal. Si dubitetur, verum sit, nec ne, quod proponitur: conferantur singula, quibus descriptus est homo, cum iis quibus itidem animal describi poterit. Etenim definitio animalis est, corpus viuens sensuale: genus, corpus, species, homo, leo, aquila: proprium, sensuale: coniugata, animale, animalitas: adiacentia, mansuetum, ferum, gressile, volatile esse: actus, pasci, gignere, &c. Conferantur hæc igitur cum hominis descriptione, et quid conueniant, quid discrepent, perspiciatur. In definitione hominis rationale inest, quod vtique semper coniunctū est vitæ ac sensui, quæ è diuerso ponuntur in definitione animalis. Ergo animal de homine semper affirmabitur. Deinde proprium hominis est, intelligere, quod nunquàm repetitur sine sensu, qui animalis est proprius: tametsi sensus sine intellectu in brutis omnibus reperiatur. Ergo quemadmodū omne intellectuale sensuale est, sed non è conuerso: ita omnis homo est animal, nec id conuerti potest. Par

ratio

ratio de cæteris. Sic si quæratur, an Catoni ducenda sit vxor, Catonis loci erunt, philosophus Stoicus, ciuis Romanus, Senator insigni grauitate, &c. quæ partim adiacentia sunt, partim connexa, applicata, contingentia. Vxoris loci, mulier in cõsortium vitæ liberorũ causâ legitimè accepta, forma, genere, opibus, pudicitia insignis, &c. Quorum primum vxoris genus est, reliqua connexa, destinata, adiacentia: partim ad complendam vxoris definitionem, partim ad descriptionem accommodata. Ex his igitur vtrinque collatis facilè perspicietur, quid in vtranque partem de quæstione dici poßit. Nam vt mulieri & blanditijs thori genialis, & formæ atque opum studio cum philosopho parum conuenit: ita legitima liberorum procreatio, et matrimonium honestum potiùs quàm concubinatus, tum philosophum, tum ciuem ac Senatorem decuerint. Ergo priora sicut ad euertendam quæstionem, ita posteriora ad eandem confirmandã valebunt. Pari modo, si non loci inter se, sed vnum aliquod ex diuersis hinc inde locis ductum, cum partibus quæstionis conferatur. Nam de hoc eodem modo erit pronunciandum. Vt sensuale, adiacens hominis est, animalis proprium. Est igitur homo animal, quia de vtroque verè dicitur, quod sit sensualis. Sic si dicas: Tarquinius est peregrinus Romæ, ergo non debet Romæ expetere regnum: peregrinum esse,

Tarqui-


Tarquinio conuenit, non conuenit autem ei, quod est regnum expetere, quia peregrini iure ciuili regnare prohibentur. Ergo *ista repugnant inter se, negaturq́; Tarquinio* Romæ *regnum expetendum esse, quia sit peregrinus.*

TABVLA.

	Exacta locorum notitia.
Facultas locorum paratur	*Descriptione rerum per locos.*
	Comparatione locorum, quibus res sunt descriptæ.

LIBER TERTIVS, DE MOuendi & delectandi ratione.

DE MOVENDIS AFFEctibus.



XPLICATA *docendi ratione, quæ duobus libris trāsacta est, quorum* [illegible]*iore loci descripti sunt, po*[illegible]*iore facultas demonstrata: deinceps de mouendi & delectandi ratione dicendū est, tum de di-*

positione. Mouendi ratio ad affectus excitãdos pertinere, sicut docendi ratio ad fidem faciendam. Affectus est, impetus animi, quo ad appetendum auersandumue aliquid, vehementius, quàm pro quieto statu mentis, impellimur. Appetimus autem quæcunq; vel re vera, vel in speciem sunt bona. Contrà, auersamur quæ noxia sunt, vel talia esse creduntur. Eaq; ipsa siue nobis accidat, siue alijs, quorum vice moueamur, perinde est: nam eandem vim obtinent. Itaq; in omni affectu duo subesse oportet: personam, cui dignum vel indignum aliquid accidere, vel accidisse videatur: & rem, bonam vel malam, quæ accidat. Ergo si digna dignis eueniant, fauemus et gaudio afficimur: sin contrà, dolemus, indignamur, irascimur, inuidemus, miseremur, &c. Atq; in his omnium affectuum materia est & origo. Non refert autem, siue nostra persona sit quæ tractatur, siue aliena: nisi quòd nostra semper amica est, & plerunq; in ea res sola ad affectum sufficit: secùs in aliena. Iungitur tamen sæpè persona rei, vt cùm spectatur quis, & quo animo fecerit: vel cùm persona rei est subiecta, vt cùm pro grauitate Catonis ipse Cato, pro pudicitia Lucretiæ ipsa Lucretia ponitur. Quo posteriore modo persona pro re sumitur: superiore, ad locum efficientium refertur. Cæterùm affectus alij diuturniores sunt, vt amor, odium, inuidia: alij breuiores ac subiti, vt ira,

Affectus vnde oriatur.

pauor,

pauor, lætitia. Et porrò ex his alij vehementiores, vt ira: alij remißi, vt beneuolentia. Sed ex his omnibus duo sunt Oratoribus præcipui, odium & misericordia: quæ in iudicijs dominantur.

Illud ignorandum non est, affectus trifariam tractari. Vno modo, cùm oratione exprimimus affectū: vt cùm irati, metuentis, amantis verba imitamur. Quod genus præcipuè in decoro est positum, & ad loquendi rationem pertinet, quale in comœdijs ferè & tragœdijs spectare licet. Alio modo, cùm aliquem affectu cōcitum describimus, quid dixerit, aut quid fecerit, vt ex his effectus intelligatur. Vt cùm Cicero de Clodio dicit: Conuocabat tribus, se interponebat, coloniam nouam delectum perditißimorū scribebat ciuium, &c. Solicitudo Clodij ostenditur ad excludendum cōsulatu Milonem. Tertiò, cùm auditoris animum tractare nitimur, & non docere nostrum, vel alienum affectum, sed eundem excitare. De quo hoc loco est institutum.

AFFECTVS VNDE DVCANtur, & de amplificandi ratione.

DVcuntur affectus, sicut prædictum est, ex rebus, personis, & vtrisque: quatenus res bonæ vel malæ, dignis vel indignis personis accidere videntur. Ex persona, vt Cicero in oratione pro Plancio, & pro P. Sylla. Ex re, vt in nauarchorum casu

deplorando in Verrem. Ex vtrisque, vt pro Milone: vbi Milonis personam indignam tali casu ostendit. Sed eodem in loco suam quoq; personam pro re substituit, quærens quantum mali sibi casus Milonis allaturus sit. Sunt autem vt certa ratiõe excitandi, ita paulatim augendi affectus, et veluti gradibus ad summum perducendi. Ad quam rem equidem amplificatio est necessaria. Etenim sine hac nulli prorsus sunt affectus, vel cõtinuò, vbi extiterint, emorituri: Huic contraria est diminutio, quæ deprimit, quæ per amplificationem elata sunt, et minora videri facit. Magnitudo igitur, quæ per amplificationem conficitur, bifariàm accedit rebus: per se, & per comparationem. Per se, vt cùm adhibentur, quæ per se magna sunt. Per se magna sunt, quæ aut omnium hominum generi videntur talia: vt religio, patria, parentes, coniuges, liberi, &c. aut quæ singulorum opinioni: vt cibus esurienti, studenti eruditio, auaro pecunia, &c. Ex his itaq; cùm rem augere volemus, docebimus eam pertinere ad tuenda vel paranda ista, vel ad contraria eorum depellenda: quantoq; plura talia congesserimus, tantò res maior euadet. Vt cùm Cicero Clodij crimina auget, quòd is religiones violarit, multos occiderit, ciuiũ bona inuaserit, Senatui, equestri ordini, optimo cuiq; infestus fuerit. Sunt tamen ista non temerè, sed pro natura cuiusque & auditoris in-

Amplificatio mouendis affectibus necessaria.

ris ingenio adhibenda, vt & rebus congruant, & ad institutum nostrum sint quàm efficacißima. Comparatione augetur res bifariàm: tacitè, & apertè. Tacita comparatio est, cùm id, quod vnum est, in multa spargitur, vt hoc ipso maius videatur: vel cùm id, q; præterijt, aut futurum est, tempus præsens colligitur: vel cùm res ita demonstratur verbis, vt oculis cerni videatur. Primùm ad distributionem pertinet, secundum ad temporum translationem, tertium ad ἐνάργειαν, quam nos euidentiam appellamus.

Distributio est, cùm res, quæ semel dici poterat, particulatim enumeratur, hoc modo: Vt si qui pro eo quod, bellum, dicendum erat, metus hostiles, prædas, incendia villarum, expugnationes oppidorum, cædem popularium, impensas militares, vastationem agrorum, famem, egestatem, omnia ferro flammisq; diruta, omnia sanguine conspersa, dicat.

Translatio temporum est, vt cùm occidi & perij, dicimus de imminenti periculo. Item quod apud Poëtam est: Sic fatur lachrymans, pro dicebat. Nam de præterito tempore loquitur. Talia crebra sunt apud Poëtas & Oratores: nec verba tantùm hoc modo, sed & integri loci sæpè ad amplificationem transferuntur.

Euidentia est, cùm res ita verbis depingitur, vt imago quædam eius repræsentetur. Quale illud Vir

gilij in quinto: Constitit in digitos extemplò arrectus vterque, &c. Item descriptio illa conuiuij luxuriosi: Videbar videre alios intrantes, alios verò exeuntes, quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes: humus erat immunda lutulenta vino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Aperta verò comparatio est, cùm res, quæ augenda proponitur, alijs rebus, quibus eam præferimus, adhibetur: ex quarum comparatione magnitudo eius colligitur. Quod equidem genus quia efficax est, in ampla & splendida oratione frequenter adhibetur. Itaque insigne eius exemplum est in oratione pro Marcello, vbi Cicero laudaturus clementiam C. Cæsaris, eam cæteris virtutibus illius ita comparat, vt omnibus bellicis laudibus anteponat. Ducitur amplificatio per omnes locos, qui suprà descripti sunt, & à Rhetoribus attributa rerum & personarum vocantur. Seruit autem cum cæteris causarũ generibus, tum verò demonstrationum quodammodò propria esse videtur, quòd pleraque ad laudem ac vituperationem per se frigida sunt, nisi oratione extollantur. Diminutionis contraria ratio est. Nam quibuscunq; additis rebus crescit opinio, eorundem detractione rursus decrescit. Itaq; ad soluendos affectus accommodata est. Eodemq; valebit, vt contrarios opponamus affectus, quodq; in hoc opere potentißi-

Notatio.

Diminutio amplificationi cõtraria.

tentißimum est, vt risum excitemus. Qua de re à Cicerone & Quintiliano præcepta traduntur.

TABVLA.

Affectus	Ducuntur	rebus personis vtrisque.	
	Augentur amplificatione, quæ fit	Simpliciter	
		Comparatione	Tacita
			Aperta
	Soluuntur diminutione, quæ contraria est amplificationi: item risu.		

DE DELECTANDI ratione.

DELECTATIO rhetorici potiùs, quàm dialectici operis est. Sed quia fit tum rebus, tum verbis, quatenus rebus delectandum sit, hîc propriè dicemus. Nam hac parte cum inuentione (vt supra diximus) est coniuncta. Delectare igitur, est tale aliquid dicendo adhibere, cuius sensu gaudeat is, qui percipit. Id fit bifariam: rebus, de quibus disseritur, & orationis genere. Res aut sensum delectant, aut mentem. Sensum, vt colores lætißimi oculos, soni mitiores aures, dulcia gustum, odorata olfactum, &c. Mentem (cuius maximè est propria veri ac boni inquisitio) delectãt cuncta quæ docent, quæ noua, magna, inopinata, inexpectata, admiranda sunt. Vt quæ ad historiam insigniorem, ad naturæ arcana, ad egregia magnorum & illustrium virorum dicta factaque pertinent. Sunt autem præter hæc & media quædam, quæ tametsi mentem attingũt, voluptatem tamen præcipuè sensibus adferunt. Vt dies festi, spectacula, choreæ, conuiuia, horti, verni temporis gratia, iuuentæ decor, corporum pulchritudo, amores, ioci, &c. Ex his igitur, si quis rerum commemoratione delectare velit audientem, iucundißima quæque in orationem conferenda erunt, & singula ingenio cuiusque ita accommodanda, vt quibus quis maximè

capi

capi videbitur, ea potißimum adhibeantur. Itaq; & digredi ad hæc ipsa licebit per occasionem aliquam, & argumenta hinc crebrò & similitudines petere. Digreßionis insigne exemplum est apud Virgilium in octauo Aeneid. in armorum Aeneæ descriptione. Item in vndecimo, de origine & infantia Camillæ, quæ bellico operi inseruntur.

Orationis genere delectabimus, si apta & morata fuerit oratio: item si ornata, si copiosa, si breuis.

Apta & morata erit, si motus personarum, colloquia, consilia, inopinatos euentus, & cætera id genus habebit cum dignitate. Cuius equidem generis poëma est capacißimum, vt in comœdijs & tragœdijs videre licet: deinde historia etiam, & plerisque in locis oratio ciuilis.

Ornata erit, si sententias graues habebit, aptas personis, nouas, acutas, inexpectatas. Item si faceta erit, si prudens, salsa, amara. Tum si cæteras habebit elocutionis virtutes, cùm in ornatu verborum et sententiarum, tum in compositione positas. Quod totũ genus à Rhetoribus est petendum. Copia orationis bifariàm efficitur: vel pauca multis dicendo, vel multa paucis. Ex quibus tertium conflatur, quo multa multis dicimus, quod longè est copiosißimũ: sed hoc ex propositis duobus facilè intelligitur.

Multa paucis dicemus tum expositione, tũ argu-

mentatione. Expositione, cùm non satis habebimus summas rerum complecti, sed partes singulas & circunstãtias exequemur. Vt quod de naufragio Troianorum apud Poëtam paucis dici poterat, vno infensa Troianis, classem Aeneæ nauigantis ex Sicilia, vi tempestatum disiecit, quarum impulsu delatus in Aphricam Aeneas, à Didone hospitio benignè exceptus est: hoc idem latè & copiosè toto primo libro Aeneid. explicatur.

Argumentatione verò multa dicemus, cùm propositam quæstionem in plures alias quæstiones diducemus, & singulas earum numerosis colligemus argumentationibus, easq; ipsas pluribus probationibus muniemus: tum si qua exponenda incident, non contenti rei capita indicasse, singula ordine, ac latè extendemus: atq; huius rei exempla in effusioribus disputationibus apud autores vbique obseruabimus. Pauca multis dicuntur, vel (quod perinde est) multũ de re vna dicimus, si, quoties libebit, circa eandem rem hærebimus: & quod paucis dici potuit, latè fundemus. Quod maximè tribus fit modis: diuisione, partitione, & dinumeratione. Diuisione, cùm pro re, quæ semel dici poterat, species eius subijciemus. Partitione, cùm partes pro toto explicabimus. Dinumeratione, cùm pro ipsa re, ea quæ ei insunt, recensebimus. De quibus omnibus vnum exemplũ satis erit.

Nam

Nam si cui dicendum erit, Ciceroni Rempublicam administranti virtus est aptißima: prædictis modis ita orationem dilatabit: Ciceroni docto, & consulari homini, non opibus minus quàm facundia claro, cùm prudentia & fortitudo in ciuitate necessaria est, tum iustitia & moderatio singularis: vt cùm in administranda Republica Senatus autoritati nō defuerit, tum conseruet equestrem dignitatem, & optimum quenq; contra vim & iniuriam potentiorum defendat. Vbi & Ciceronis adiacentia enumerata sunt, doctrina & facundia: & pro virtute species subiectæ, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia: & pro Republica partes ciuitatis, Senatus, equester ordo, & plebeia multitudo. Est & alia orationis copia, qua rem eandem iterum atq; iterum, sed commutatis verbis dicimus, vt plura dici videantur: quam tum expolitionem Rhetores, tum interpretationem vocant. Sed hæc elocutionis est propria: quare à nostro instituto aliena. Breuitas in differendo, quia opponitur copiæ, cōtraria ratione cōstat. Nam quarum rerum collectione copia paratur, earundem prætermißione rursus arctatur oratio, & in angustum contrahitur. Breues ergo erimus in exponendo, si ea obseruabimus, quæ Rhetores ferè hac de re circa narrationē præcipiunt. Primùm, ne nimis longè, sed vnde necesse est, initium expositionis ducamus.

mus. Vt *Aeneas apud* Virgilium *narraturus* excidium Troiæ, *ab inſidijs* Græcorum *proximè incipit: Fracti bello, fatisq; repulſi* Ductores Danaûm, *tot iam labentibus annis, &c.* Et Liuius Romanam hiſtoriam *non à bello* Troiano, *ſed ab aduentu* Troianorum *in* Italiam *orditur: iam primum omnium ſatis conſtat, inquit, &c.* Deinde, *vt in ipſo progreſſu expoſitionis prætermittamus, quæ parum ad rem faciunt, & neceſſaria tantùm & vtilia inſtituto noſtro dicamus.* Contra quod præceptum ita plerique *ſunt inepti, vt non ſolùm dicant nimis multa, ſed aliena etiam & longinqua à propoſito adſciſcant.* Tertiò, *vt non ſingulas rerum particulas dicendo perſequamur, ſed ſatis habeamus capita & ſummas rerum perſtrinxiſſe.* Vt apud Poëtam Venus: *Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem, & cæt.* Et apud Terentium *ſenex:* Placuit, *deſpondi, hic nuptijs dictus eſt dies.* Quartò, *ſi quid ex præcedentibus vel conſequentibus ſatis intelligitur, vt id ne dicamus.* Vt *ex illo* Virgilij *in quinto, cùm dicitur:* Gaudet regno Troianus Aceſtes: *ſatis* intelligitur Aeneã *nouam vrbem* Aceſtæ *imperio ſubdidiſſe, tametſi id non ſit dictum.* Et *ex* Critonis *verbis in* Andria: Eius *morte ad me lege redierunt bona:* intelligitur & *mortuam eſſe* Chryſidem, & Critonis *cognatam fuiſſe.* Sic *ex præcedentibus ſequentia accipiũtur:* Vt

cum

cùm causas rerum, item consilia, aut mandata exponimus, ex quibus sequentium rerum ordo vltrò apprehenditur. Vt illud in Phormione: Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam, & cætera quæ sequuntur. Ex hoc enim satis intelligitur, actam rem esse in iudicio, & victum tacitum Antiphonem: quod & sequentia mox verba indicant: Persuasit homini, factum est, vincimur.

In argumentando breues erimus, si non semper explicauerimus nec quæstiones singulas, nec argumentationes: sed vel multitudinem quæstionum recensuerimus tantùm: vel si qua fusiùs explicata quæstiones futuræ erant, eá breuiter collegerimus argumentationum specie. Item, si sumptas quæstiones quàm paucißimis argumentationibus confirmauerimus: & ne eas quidem explicauerimus, sed nonnunquàm pro tota argumentatione solam posuerimus propositionem. Vt: Quid repetam exustas Erycino in littore classes? Quem tempestatum regem, ventosq́ue furentes Aeolia excitos? Vbi singulæ argumentationes singulis propositionibus comprehenduntur. Sed adhuc breuius est illud, cùm propè singulis verbis singula argumēta includimus. Vt apud eundem: Quin natam egregio genero, dignisq; Hymenæis Des pater, & pacem hanc æterno fœdere firmes. In singulis verbis argumentum inest, cùm dicit:

cit: pater, & natam egregiam, & genero egregio, & pacem firmes, & æterno fœdere firmes. Illud velocißimæ breuitatis est, in quo intelliguntur etiam, quæ non dicuntur. Quale illud Didonis in quarto: Huic vni forsan potui succumbere culpæ. Extenuat enim, & mollit amoris culpam erga Aeneam, idq; vi verborum magis, quàm verbis. Cùm enim, soli, dicit, nō videtur in alio peccatura: cùm culpæ, crimen eludit: cùm succumbere, remouet voluntatem peccandi, & vim amoris, atque impetum ostendit. Magni est autem nec vulgaris ingenij, iustam vel copiam orationi, vel breuitatem tribuere: & indicare in dicendo, quis optimus sit modus.

TABVLA.

	Ad sensum	
Rebus		Pertinentibus
	Ad mentem	
Delectamus		
	Apto & morato	
Genere	Ornato	Multa paucis
orationis	Copioso	dicendo.
	Breui.	Pauca multis.

DE DISPOSITIONE.

HActenus inuentionem differendi in triplici opere demonstrauimus, docendi, mouendi, & delectandi ratione. Superest, vt de dispositione dicamus. Nam perinde est, non inuenire, atque inuenire ea, quæ indigesta sint, ac veluti in aceruum collata. Itaque disponenda sunt argumenta in oratione, & tanquàm copiæ in exercitu in aciem producenda.

Dispositio igitur est rerum distributio in oratione, quæ demonstrat, quid quoq; loco collocandũ sit. Hæc ordine cõtinetur, qui est triplex: naturalis, arbitrarius, & artificialis. Naturalis ordo est, qui naturam rerum imitatur. Quod fit quadrupliciter: tempore, natura, loco, & dignitate.

Tempore aliud alio prius posteriusúe dicitur, quemadmodum hodiernus dies prior est crastino, crastinus perendino. Item bellũ Macedonicum prius ciuili, Punicum prius Macedonico. Natura alia alijs priora sunt existendi necessitate, à quibus non conuertitur existendi consequentia. Vt animal prius est homine. Existente enim homine, necesse est animal esse: sed non è conuerso. Nõ vtiq; si sit animal, necesse est hominem esse: sed homine existente, animal esse rectè infertur. Hoc igitur modo genus prius est specie, totum partibus, causa euentis, subiectum adiacentibus. Loco priora dicuntur, quorum vnum præ-

cedit aliud positione. Vt: In Italiam euntibus Alpes priores sunt Mediolano, Mediolanum prius Bononia, inde Roma. Contrà verò redeuntibus prior Bononia, inde Mediolanum, inde Alpes, inde Germania. Dignitate prius est, quod alio præstantius habetur. Quemadmodum Pontificatus prior est Cardinalatu, Cardinalatus Episcopatu, Episcopatus sacerdotio. Item aurum prius argento, argentum plumbo. Sed nonnunquàm conuertitur hic ordo, & non ab optimo, sed è vilissimo initium sumitur. Vt cùm ascendimus à sacerdotio ad pontificatum: & in Romanis quondam magistratibus à quæstura ad ædilitatem, ab ædilitate ad præturam, inde ad consulatũ & dictaturam. Nisi forte hunc ordinem artificialem, quàm naturalem quis dicere malit. Ordo arbitrarius est, qui nulla certa ratione constat, sed solo dicentis arbitrio dispensatur. Vt cùm Liuius ex commemoratione Papyrij Cursoris ad mentionem Alexandri Magni digreditur, quærens quis euentus belli futurus fuerit, si intulisset Alexander arma Romanis. Item Plinij naturalis historia, & Valerij Maximi exemplorum opus, & Ouidij Metamorphosis. In quibus res variæ solo dicentis arbitrio sunt digestæ. Artificialis ordo est, cùm rerum dispositionem consultò turbamus, & quæ natura priora sunt, posteriore loco dicimus. Vt apud Virgilium, cùm prius dicen-

Ordo arbitrarius.

Artificialis.

dicendum esset, quomodo capta fuerit Troia: quomodo Aeneas ex longa nauigatione vi tempestatum in Aphricam delatus fuerit, prioribus in secundum & tertium librum translatis, à tempestate orditur: Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, &c. Deinde per occasionem cætera inducit ex Aeneæ persona: Fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis. Et quæ sequuntur vsq; ad quartum librum: in quo iam repetitum ordinem ex persona sua persequitur. Atq; hoc triplici ordine omnis dispositio in oratione conficitur. Sed quia sunt duæ species orationis, expositio et argumentatio, & harum non semper vna dispositio: dicendum est breuiter, quis ordo in vtraque obseruandus sit, & primò de expositione.

QVIS ORDO IN EXPOSITIONE SERUANDUS SIT.

Expositio igitur alia est poëtica, alia historica, alia doctrinalis, alia oratoria. Poëtica, quæ rerum gestarum ordinem aliquem, decursumq; recensebit, naturalem temporum seruabit ordinem. Item & historica. Sed hoc interest, quòd Poëta solùm, quantum ad ipsius, hoc est, narrantis personam pertinet, in speciem sequitur temporum ordinem: quantum autem ad rerum gestarum naturam, ple-

ie perturbat eas, atque à medijs orditur rebus. Inde autem quæ primæ fuerant, eas personæ alicuius colore, aut alio quouis commento posterius infert: exemplum paulò antè indicauimus in Vergiliana Aeneide. Quod cùm heroicum sit, idem de comœdia & tragœdia, & omni dramatico genere tantò magis intelligendum est, quantò in his propter personarum interpositionem facilior est artis obseruatio. In his igitur si rerum faciem spectes, quæ deducuntur in actum, naturalis ordo videbitur: sin totum fabulæ complexum, atque adeò argumenti seriem, artificialis. Nam sæpè quæ postrema fuêre in negocio, primo loco deducuntur in actum: et quæ prima, postremò aguntur. Historia. *Historia potißimùm naturalem sequitur ordinem, ac verum quidem illum, neque in speciem figuratum: ne vllis aurium oblectamentis fidei religionem corrumpat. At si in ea plures res gestæ, nec vllo inter se ordine cohærentes exponantur: vt cùm Liuius secundo bello Punico res in Italia & Hispania gestas describit: tum arbitrio suo stabit autor: sed ita, vt notitiæ rerum, quantum fieri potest, consulatur. Quòd si res plures ac varias describendo iungemus quodammodò in vnum corpus orationis, tum in summa quidem arbitrarius ordo consequendus erit. Sed cùm hic fuerit per diuersas rerum species institutus, reddentur singula suis generibus,*

ribus, & per capita rerum totus ordo progredietur. Sic vtique Plinius opus naturalis historiæ variū ac multiplex digeßit. Et Aristoteles suum de animalibus. Item & Theophrastus de plantis. Sic Valerius Maximus rerum memorabilium volumen multæ varietatis est persecutus. Ouidij Metamorphosis nulla certa dispositione constat, ne ad hanc quidem rationem, quam diximus, quamuis initio temporum ordinem sequi videtur: sed tota connexa est veriùs, quàm ordinata. Cuius equidem generis & pleraque apud Cornelium Tacitum, & alios rerum scriptores inuenias, in quibus nulla certa ratione, sed occasione potiùs ordo ex alijs ad alia transfertur. In artibus verò tradendis (quā doctrinalem expositionem paulò antè appellauimus) hic ordo seruabitur, vt primò, si qui contra nos senserint, eorum refellamus opinionem: deinde, quæ nostra sunt, ita tractemus, vt à generibus progrediamur ad species, & ex his porrò (si res tam latè pateat) in alias descendamus, donec tota rei latitudo à summo vsque ad imum explicata fuerit. Atque in his sanè ita procedemus, vt primo loco substantiam vniuscuiusque, si ignota fuerit (atque hic causas comprehendimus) deinde adiacentia substantiæ, hoc est, vis illa, qua agit ac patitur vnumquodque: tum actus & opera earundem, quæque substantiam circunstant, Artes.

cunstant, aperiamus. Sed cauendum est, ne in his extra complexum eius quod docendum sumpsimus, euagemur. Nam qui de tuenda hominis sanitate doctrinam instituit, nihil opus habet de animo ac mente eius dicere, sed cuncta ad vtilitatem instituti sui accommodabit. In Oratoria expositione, si nihil obstiterit, naturalis temporum ordo sequendus erit. Sed si primæ narrationis partes asperiores erunt, fauorabiliores reliquæ, non ab re fuerit ab ijs, quæ benignius accipientur, occupare animos, & ad priora deinde figura aliqua reuerti. Aut si festinabit auditor, quô languenti adhuc animo eius morem geramus, optimum fuerit ab eis incipere, quibus notitia causæ continetur. At vbi excitatus fuerit auditor, incaluerintqúe aures audiendo, tum si qua fuerint altiùs repetenda inter quæstiones & argumenta, quàm poterimus oportunissimè inferemus. Alia ratio est, si quis literis mandet actionem. Nam in hac auditoris persona obstare non poterit, quò minùs omnia pro arbitrio nostro, & causæ vtilitate commodissimè dispensemus. Illud ignorandum non est, interdum diuidi narrationem, & quæ alio loco vtiliùs dici poterant, eodem transferri. Item non semper continuari ordinem narrationis: sed interim affectu aliquo, interim digressione breuiori cursum eius interpellari. De quo si quis exempla requirat, legat

Oratoris actio.

legat orationem pro Cluentio, quæ vt longè artificiosissima est, ita totius huius præceptionis obseruationem luce clarius ostendit.

ORDO IN ARGVMENTATIOne *seruandus, & primùm de partibus orationis.*

ORatio si amplior fuerit, & non ad docendũ modò, verùm etiam ad tractandum animum auditoris comparata: partes habebit, de quibus libro superiori dictum est. In his igitur (ne quid prætereamus) & suus ordo seruandus erit, & quidem naturalis, vt primo loco exordium, deinde narratio vel propositio, post hanc confirmatio, postrema conclusio ponatur. Nisi fortè vel temporis angustia, vel auditoris festinatio diuersum exigat. Nam propter casum aliquem temporis, sæpè exordium, sæpè epilogus omittitur. Sæpè dilato exordio à narratione incipimus, ac deinde, velut digreßione facta, reuertimur ad id, quod antea fueramus dicturi, vt hac arte fallamus tædium auditoris. Illud autem attendendum est, non solùm initio dicendi exordio locum esse, sed in medio etiam decursu orationis: vt sicubi noua quæstio tractanda erit, aut præmuniendus locus asperior. Nam tunc velut nouo prooemio auditor erit præparandus.

Ordo partium orationis.

DE DELECTANDI ratione.

DELECTATIO *rhetorici potiùs, quàm dialectici operis est. Sed quia fit tum rebus, tum verbis, quatenus rebus delectandum sit, hic propriè dicemus. Nam hac parte cum inuentione (vt supra diximus) est coniuncta. Delectare igitur, est tale aliquid dicendo adhibere, cuius sensu gaudeat is, qui percipit. Id fit bifariàm: rebus, de quibus disseritur, & orationis genere. Res aut sensum delectant, aut mentem. Sensum, vt colores lætissimi oculos, soni mitiores aures, dulcia gustum, odorata olfactum, &c. Mentem (cuius maximè est propria veri ac boni inquisitio) delectāt cuncta quæ docent, quæ noua, magna, inopinata, inexpectata, admiranda sunt. Vt quæ ad historiam insigniorem, ad naturæ arcana, ad egregia magnorum & illustrium virorum dicta factaque pertinent. Sunt autem præter hæc & media quædam, quæ tametsi mentem attingūt, voluptatem tamen præcipuè sensibus adferunt. Vt dies festi, spectacula, choreæ, conuiuia, horti, verni temporis gratia, iuuentæ decor, corporum pulchritudo, amores, ioci, &c. Ex his igitur, si quis rerum commemoratione delectare velit audientem, iucundissima quæq; in orationem conferenda erunt, & singula ingenio cuiusque ita accommodanda, vt quibus quis maximè*

capi

capi videbitur, ea potißimum adhibeantur. Itaq; & digredi ad hæc ipsa licebit per occasionem aliquam, & argumenta hinc crebrò & similitudines petere. Digreßionis insigne exemplum est apud Virgilium in octauo Aeneid. in armorum Aeneæ descriptione. Item in vndecimo, de origine & infantia Camillæ, quæ bellico operi inseruntur.

Orationis genere delectabimus, si apta & morata fuerit oratio: item si ornata, si copiosa, si breuis.

Apta & morata erit, si motus personarum, colloquia, consilia, inopinatos euentus, & cætera id genus habebit cum dignitate. Cuius equidem generis poëma est capacißimum, vt in comœdijs & tragœdijs videre licet: deinde historia etiam, & plerisque in locis oratio ciuilis.

Ornata erit, si sententias graues habebit, aptas personis, nouas, acutas, inexpectatas. Item si faceta erit, si prudens, falsa, amara. Tum si cæteras habebit elocutionis virtutes, cùm in ornatu verborum et sententiarum, tum in compositione positas. Quod totũ genus à Rhetoribus est petendum. Copia orationis bifariàm efficitur: vel pauca multis dicendo, vel multa paucis. Ex quibus tertium conflatur, quo multa multis dicimus, quod longè est copiosißimũ: sed hoc ex propositis duobus facilè intelligitur.

Multa paucis dicemus tum expositione, tũ argu-

mentatione. Expositione, cùm non satis habebimus summas rerum complecti, sed partes singulas & circunstãtias exequemur. Vt quod de naufragio Troianorum apud Poëtam paucis dici poterat, vno infensa Troianis, classem Aeneæ nauigantis ex Sicilia, vi tempestatum disiecit, quarum impulsu delatus in Aphricam Aeneas, à Didone hospitio benignè exceptus est: hoc idem latè & copiosè toto primo libro Aeneid. explicatur.

Argumentatione verò multa dicemus, cùm propositam quæstionem in plures alias quæstiones diducemus, & singulas earum numerosis colligemus argumentationibus, easq; ipsas pluribus probationibus muniemus: tum si qua exponenda incident, non contenti rei capita indicasse, singula ordine, ac latè extendemus: atq; huius rei exempla in effusioribus disputationibus apud autores vbique obseruabimus.

Pauca multis dicuntur, vel (quod perinde est) multũ de re vna dicimus, si, quoties libebit, circa eandem rem hærebimus: & quod paucis dici potuit, latè fundemus. Quod maximè tribus fit modis: diuisione, partitione, & dinumeratione. Diuisione, cùm pro re, quæ semel dici poterat, species eius subijciemus. Partitione, cùm partes pro toto explicabimus. Dinumeratione, cùm pro ipsa re, ea quæ ei insunt, recensebimus. De quibus omnibus vnum exemplũ satis erit.

Nam si cui dicendum erit, Ciceroni Rempublicam administranti virtus est aptissima: prædictis modis ita orationem dilatabit: Ciceroni docto, & consulari homini, non opibus minùs quàm facundia claro, cùm prudentia & fortitudo in ciuitate necessaria est, tum iustitia & moderatio singularis: vt cùm in administranda Republica Senatus autoritati nõ defuerit, tum conseruet equestrem dignitatem, & optimum quenq; contra vim & iniuriam potentiorum defendat. Vbi & Ciceronis adiacentia enumerata sunt, doctrina & facundia: & pro virtute species subiectæ, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia: & pro Republica partes ciuitatis, Senatus, equester ordo, & plebeia multitudo. Est & alia orationis copia, qua rem eandem iterum atq; iterum, sed commutatis verbis dicimus, vt plura dici videantur: quam tum expolitionem Rhetores, tum interpretationem vocant. Sed hæc elocutionis est propria: quare à nostro instituto aliena. Breuitas in disserendo, quia opponitur copiæ, cõtraria ratione cõstat. Nam quarum rerum collectione copia paratur, earundem prætermissione rursus arctatur oratio, & in angustum contrahitur. Breues ergo erimus in exponendo, si ea obseruabimus, quæ Rhetores ferè hac de re circa narrationẽ præcipiunt. Primùm, ne nimis longè, sed vnde necesse est, initium expositionis ducamus.

mus. Vt Aeneas apud Virgilium narraturus excidium Troiae, ab insidijs Graecorum proximè incipit: Fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis, &c. Et Liuius Romanam historiam non à bello Troiano, sed ab aduentu Troianorum in Italiam orditur: iam primum omnium satis constat, inquit, &c. Deinde, vt in ipso progressu expositionis praetermittamus, quae parum ad rem faciunt, & necessaria tantùm & vtilia instituto nostro dicamus. Contra quod praeceptum ita plerique sunt inepti, vt non solùm dicant nimis multa, sed aliena etiam & longinqua à proposito adsciscant. Tertiò, vt non singulas rerum particulas dicendo persequamur, sed satis habeamus capita & summas rerum perstrinxisse. Vt apud Poëtam Venus: Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem, & caet. Et apud Terentium senex: Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Quartò, si quid ex praecedentibus vel consequentibus satis intelligitur, vt id ne dicamus. Vt ex illo Virgilij in quinto, cùm dicitur: Gaudet regno Troianus Acestes: satis intelligitur Aeneã nouam vrbem Acestae imperio subdidisse, tametsi id non sit dictum. Et ex Critonis verbis in Andria: Eius morte ad me lege redierunt bona: intelligitur & mortuam esse Chrysidem, & Critonis cognatam fuisse. Sic ex praecedentibus sequentia accipiuntur: Vt

cum

cùm causas rerum, item consilia, aut mandata exponimus, ex quibus sequentium rerum ordo vltrò apprehenditur. Vt illud in Phormione: Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam, & cætera quæ sequuntur. Ex hoc enim satis intelligitur, actam rem esse in iudicio, & victum tacitum Antiphonem: quod & sequentia mox verba indicant: Persuasit homini, factum est, vincimur.

In argumentando breues erimus, si non semper explicauerimus nec quæstiones singulas, nec argumentationes: sed vel multitudinem quæstionum recensuerimus tantùm: vel si qua fusiùs explicata quæstiones futuræ erant, eá breuiter collegerimus argumentationum specie. Item, si sumptas quæstiones quàm paucißimis argumentationibus confirmauerimus: & ne eas quidem explicauerimus, sed nonnunquàm pro tota argumentatione solam posuerimus propositionem. Vt: Quid repetam exustas Erycino in littore classes? Quem tempestatum regem, ventosqúe furentes Aeolia excitos? Vbi singulæ argumentationes singulis propositionibus comprehenduntur. Sed adhuc breuius est illud, cùm propè singulis verbis singula argumēta includimus. Vt apud eundem: Quin natam egregio genero, dignisq; Hymenæis Des pater, & pacem hanc æterno fœdere firmes. In singulis verbis argumentum inest, cùm dicit:

cit: pater, & natam egregiam, & genero egregio, & pacem firmes, & æterno fœdere firmes. Illud velocißimæ breuitatis est, in quo intelliguntur etiam, quæ non dicuntur. Quale illud Didonis in quarto: Huic vni forsan potui succumbere culpæ. Extenuat enim, & mollit amoris culpam erga Aeneam, idq; vi verborum magis, quàm verbis. Cùm enim, soli, dicit, nõ videtur in alio peccatura: cùm culpæ, crimen eludit: cùm succumbere, remouet voluntatem peccandi, & vim amoris, atque impetum ostendit. Magni est autem nec vulgaris ingenij, iustam vel copiam orationi, vel breuitatem tribuere: & indicare in dicendo, quis optimus sit modus.

TABVLA.

	Ad sensum	
Rebus		Pertinentibus
	Ad mentem	
Delectamus		
	Apto & morato	
Genere	Ornato	Multa paucis
orationis	Copioso	dicendo.
	Breui.	Pauca multis.

DE DISPOSITIONE.

HActenus inuentionem disserendi in triplici opere demonstrauimus, docendi, mouendi, & delectandi ratione. Superest, vt de dispositione dicamus. Nam perinde est, non inuenire, atque inuenire ea, quæ indigesta sint, ac veluti in aceruum collata. Itaque disponenda sunt argumenta in oratione, & tanquàm copiæ in exercitu in aciem producenda.

Dispositio igitur est rerum distributio in oratione, quæ demonstrat, quid quoq; loco collocandũ sit. Hæc ordine cõtinetur, qui est triplex: naturalis, arbitrarius, & artificialis. Naturalis ordo est, qui naturam rerum imitatur. Quod fit quadrupliciter: tempore, natura, loco, & dignitate.

Tempore aliud alio prius posteriusúe dicitur, quemadmodum hodiernus dies prior est crastino, crastinus perendino. Item bellũ Macedonicum prius ciuili, Punicum prius Macedonico. Natura alia alijs priora sunt existendi necessitate, à quibus non conuertitur existendi consequentia. Vt animal prius est homine. Existente enim homine, necesse est animal esse: sed non è conuerso. Nõ vtiq; si sit animal, necesse est hominem esse: sed homine existente, animal esse rectè infertur. Hoc igitur modo genus prius est specie, totum partibus, causa euentis, subiectum adiacentibus. Loco priora dicuntur, quorum vnum præ-

cedit

cedit aliud positione. Vt: In Italiam euntibus Alpes priores sunt Mediolano, Mediolanum prius Bononia, inde Roma. Contrà verò redeuntibus prior Bononia, inde Mediolanum, inde Alpes, inde Germania. Dignitate prius est, quod alio præstantius habetur. Quemadmodum Pontificatus prior est Cardinalatu, Cardinalatus Episcopatu, Episcopatus sacerdotio. Item aurum prius argento, argentum plumbo. Sed nonnunquàm conuertitur hic ordo, & non ab optimo, sed è vilißimo initium sumitur. Vt cùm ascendimus à sacerdotio ad pontificatum: & in Romanis quondam magistratibus à quæstura ad ædilitatem, ab ædilitate ad præturam, inde ad consulatũ & dictaturam. Nisi forte hunc ordinem artificialem, quàm naturalem quis dicere malit. Ordo arbitrarius est, qui nulla certa ratione constat, sed solo dicentis arbitrio dispensatur. Vt cùm Liuius ex commemoratione Papyrij Cursoris ad mentionem Alexandri Magni digreditur, quærens quis euentus belli futurus fuerit, si intulisset Alexander arma Romanis. Item Plinij naturalis historia, & Valerij Maximi exemplorum opus, & Ouidij Metamorphosis. In quibus res variæ solo dicentis arbitrio sunt digestæ. Artificialis ordo est, cùm rerum dispositionem consultò turbamus, & quæ natura priora sunt, posteriore loco dicimus. Vt apud Virgilium, cùm prius dicen-

Ordo arbitrarius.

Artificialis.

dicendum esset, quomodo capta fuerit Troia: quomodo Aeneas ex longa nauigatione vi tempestatum in Aphricam delatus fuerit, prioribus in secundum & tertium librum translatis, à tempestate orditur: Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, &c. Deinde per occasionem cætera inducit ex Aeneæ persona: Fracti bello, fatisq; repulsi Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis. Et quæ sequuntur vsq; ad quartum librum: in quo iam repetitum ordinem ex persona sua persequitur. Atq; hoc triplici ordine omnis dispositio in oratione conficitur. Sed quia sunt duæ species orationis, expositio et argumentatio, & harum non semper vna dispositio: dicendum est breuiter, quis ordo in vtraque obseruandus sit, & primò de expositione.

QVIS ORDO IN EXPOSITIONE SERUANDUS SIT.

Expositio igitur alia est poëtica, alia historica, alia doctrinalis, alia oratoria. Poëtica, quæ rerum gestarum ordinem aliquem, decursumq; recensebit, naturalem temporum seruabit ordinem. Item & historica. Sed hoc interest, quòd Poëta solùm, quantum ad ipsius, hoc est, narrantis personam pertinet, in speciem sequitur temporum ordinem: quantum autem ad rerum gestarum naturam, ple-

ie perturbat eas, atque à medijs orditur rebus. inde autem quæ primæ fuerant, eas personæ alicuius colore, aut alio quouis commento posterius infert: exemplum paulò antè indicauimus in Vergiliana Aeneide. Quod cùm heroicum sit, idem de comœdia & tragœdia, & omni dramatico genere tantò magis intelligendum est, quantò in his propter personarum interpositionem facilior est artis obseruatio. In his igitur si rerum faciem spectes, quæ deducuntur in actum, naturalis ordo videbitur: sin totum fabulæ complexum, atque adeò argumenti seriem, artificialis. Nam sæpè quæ postrema fuêre in negocio, primo loco deducuntur in actum: et quæ prima, postremò aguntur.

Historia. Historia potißimùm naturalem sequitur ordinem, ac verum quidem illum, neque in speciem figuratum; ne vllis aurium oblectamentis fidei religionem corrumpat. At si in ea plures res gestæ, nec vllo inter se ordine cohærentes exponantur: vt cùm Liuius secundo bello Punico res in Italia & Hispania gestas describit: tum arbitrio suo stabit autor: sed ita, vt notitiæ rerum, quantum fieri potest, consulatur. Quòd si res plures ac varias describendo iungemus quodammodò in vnum corpus orationis, tum in summa quidem arbitrarius ordo consequendus erit. Sed cùm hic fuerit per diuersas rerum species institutus, reddentur singula suis generibus,

ribus,

ribus, & per capita rerum totus ordo progredietur. Sic vtique Plinius opus naturalis historiæ variũ ac multiplex digeßit. Et Aristoteles suum de animalibus. Item & Theophrastus de plantis. Sic Valerius Maximus rerum memorabilium volumen multæ varietatis est persecutus. Ouidij Metamorphosis nulla certa dispositione constat, ne ad hanc quidem rationem, quam diximus, quamuis initio temporum ordinem sequi videtur: sed tota connexa est veriùs, quàm ordinata. Cuius equidem generis & pleraque apud Cornelium Tacitum, & alios rerum scriptores inuenias, in quibus nulla certa ratione, sed occasione potiùs ordo ex alijs ad alia transfertur. In artibus verò tradendis (quã doctrinalem expositionem paulò antè appellauimus) hic ordo seruabitur, vt primò, si qui contra nos senserint, eorum refellamus opinionem: deinde, quæ nostra sunt, ita tractemus, vt à generibus progrediamur ad species, & ex his porrò (si res tam latè pateat) in alias descendamus, donec tota rei latitudo à summo vsque ad imum explicata fuerit. Atque in his sanè ita procedemus, vt primo loco substantiam vniuscuiusque, si ignota fuerit (atque hîc causas comprehendimus) deinde adiacentia substantiæ, hoc est, vis illa, qua agit ac patitur vnumquodque: tum actus & opera earundem, quæque substantiam cir- Artes.

 cunstant,

cunſtant, aperiamus. Sed cauendum eſt, ne in his extra complexum eius quod docendum ſumpſimus, euagemur. Nam qui de tuenda hominis ſanitate doctrinam inſtituit, nihil opus habet de animo ac mente eius dicere, ſed cuncta ad vtilitatem inſtituti ſui accommodabit. In Oratoria expoſitione, ſi nihil obſtiterit, naturalis temporum ordo ſequendus erit. Sed ſi primæ narrationis partes aſperiores erunt, fauorabiliores reliquæ, non ab re fuerit ab iis, quæ benignius accipientur, occupare animos, & ad priora deinde figura aliqua reuerti. Aut ſi feſtinabit auditor, quô languenti adhuc animo eius morem geramus, optimum fuerit ab eis incipere, quibus notitia cauſæ continetur. At vbi excitatus fuerit auditor, incaluerintq́ue aures audiendo, tum ſi qua fuerint altiùs repetenda inter quæſtiones & argumenta, quàm poterimus oportuniſſimè inſeremus. Alia ratio eſt, ſi quis literis mandet actionem. Nam in hac auditoris perſona obſtare non poterit, quò minùs omnia pro arbitrio noſtro, & cauſæ vtilitate commodiſſimè diſpenſemus. Illud ignorandum non eſt, interdum diuidi narrationem, & quæ alio loco vtiliùs dici poterant, eodem transferri. Item non ſemper continuari ordinem narrationis: ſed interim affectu aliquo, interim digreſſione breuiori curſum eius interpellari. De quo ſi quis exempla requirat, legat

Oratoris actio.

legat orationem pro Cluentio, quæ vt longè artificiosißima est, ita totius huius præceptionis obseruationem luce clarius ostendit.

ORDO IN ARGVMENTATIOne seruandus, & primùm de partibus orationis.

Ordo partium orationis.

ORatio si amplior fuerit, & non ad docendũ modò, verùm etiam ad tractandum animum auditoris comparata: partes habebit, de quibus libro superiori dictum est. In his igitur (ne quid prætereamus) & suus ordo seruandus erit, & quidem naturalis, vt primo loco exordium, deinde narratio vel propositio, post hanc confirmatio, postrema conclusio ponatur. Nisi fortè vel temporis angustia, vel auditoris festinatio diuersum exigat. Nam propter casum aliquem temporis, sæpè exordium, sæpè epilogus omittitur. Sæpè dilato exordio à narratione incipimus, ac deinde, velut digreßione facta, reuertimur ad id, quod anteà fueramus dicturi, vt hac arte fallamus tædium auditoris. Illud autem attendendum est, non solùm initio dicendi exordio locum esse, sed in medio etiam decursu orationis: vt sicubi noua quæstio tractanda erit, aut præmuniendus locus asperior. Nam tunc velut nouo proœmio auditor erit præparandus.

Quòd autem narrationem confirmationi anteponendam esse diximus, id de propria ipsius confirmatione intelligendum est, hoc est, quæ idipsum confirmat, quod per narrationem fuit explicatum. Nã in diuersis quæstionibus confirmatio ante narrationem locari potest, quemadmodum in oratione pro Milone videre licet.

Notatio.

QVIS ORDO IN ARGVMENtando sit seruandus, & primò de quæstionibus.

Dispositio orationis, quæ argumentatione constat (quales sunt scholasticæ contentiones, & controuersiæ ciuiles) triplici rerum ordine spectatur: quæstionum, argumentationum, & partium argumentationis. Quæstiones igitur aut diuersæ sunt inter se, aut ab vna aliqua origine descendentes, quemadmodum libro superiore dictum est. Quæ diuersæ sunt inter se, si vna alteri affirmãdæ nihil conferet: nullum certum habebunt inter se ordinem, sed in illis arbitrio suo stabit disputator. Nisi fortè conditio earum eiusmodi sit, vt de ea primùm dicere expediat, quæ cæteris grauior sit, ac difficilior in oratione: tunc enim tenuiores, & quæ minùs exposcunt laboris, ad extremum reseruentur. Comparabitur nanq; hoc pacto autoritas disserendi, & auditoris

toris tædio consuletur. Sin verò comprobatio vnius alterius fidei innixa fuerit, tunc si qua alteri astruendæ seruiet, ea priori loco explicetur. Vt si quæratur ex prisca philosophia: An animus sit immortalis: & Sit'ne summum hominis bonum virtus: prius certè immortalitatem animæ ostendisse profuerit, quàm id, quod posteriori loco est quæsitum. Illo enim explicato, haud parum præsidij ad hoc quoq; posterius obtinendum paratum erit: at si posterius tenuerimus, prius nihilominus integrum remanebit. Quæ verò cognatæ erũt quæstiones, et ab vna aliqua propagatæ, in his hic ordo seruandus erit: vt quæ nascuntur ex verbis, primo loco excutiantur: quæ inclusæ sunt verbis, secundo: postremo, quæ ex conditione oriuntur. Nisi fortè in prioribus duabus speciebus ea rei natura sit, vt non omnes inde duci poßint. Quòd si accidat, præscriptus ordo seruandus erit in ijs, quæ inde ducentur: sed ita, vt generales præcedant, speciales sequantur, donec ad eam, quæ vltima est, peruentum fuerit. Conditionalium autem nulla constans regula dari potest, nisi vt quæ probandæ alteri conferet, primo loco ponatur: quæ nihil conferet, vel præcedat, si maiore vi animũ auditoris occupatura est: vel, si potentißima erit ad probãdum, postrema locetur: sin autem leuior, in medium, sicut fit in agmine militum, recipiatur.

ORDO PROBATIONVM *siue argumentationum in oratione.*

ARGVMENTATIONVM *dispositio alia est in demonstratiuo genere, quod Græci* ἐπιδεικτικὸν *vocant, & totum ad ostentationem, voluntatemq; audientium accommodatur. Alia in ijs, quæ pertinent ad fidem & adsensionem auditoris. Prioris generis sunt laudationes, & vituperationes: posterioris, quæ inter partes litigantium, aut consultantium versantur. Et in demonstratiuo quidem genere laudantur bona, vituperantur contraria. Bona in homine tum animi sunt, vt scientiæ, & virtutes: tum corporis & fortunæ. Sed hæc laudantur dupliciter: vel quia bonorum animi sunt indicia, vt vires continentiæ, opes frugalitatis: vel quia aliquis ijs sit bene vsus, vt opibus ad liberalitatem, viribus ad fortitudinem. Vituperantur horum contraria: vel si qua ex bonorum genere interpretatione in contrarium vertuntur. In reliquis autem rebus laudamus vtilitatem, quam præbent nobis: & ea præcipuè parte bona censemus, qua prosunt. Sic Deum patrem, rectorem rerum nostrarum, custodem, protectorem, datorem vitæ, autorem prosperitatis & quietis, omniumq; bonorum fontem atque originem prædicamus, Sic eundem similitu-*

litudine laudum nostrarũ extollimus: fortunæ, quòd nulli obnoxius sit: corporis, quòd malorum omniũ, quæ in nos incurrunt, sit expers: animi virtutemq; hu[m]anarum, quòd iustus sit, quòd benignus, clemẽs, sa[pi]ens, et cætera, quæ ei humano more tribuuntur. E[a]dem ratione laudamus in equis cæterisq; rebus, [pri]mò quæ ex vsu nostro sunt: deinde, quæ similitudine quadam ad nos, veluti animis eorum & corporibus insunt: postremò, quæ quasi fortunæ beneficio eis accedunt. In his igitur, atque in hoc toto orationis genere (quoniam voluptas admiratioq; audientium magis, quàm fides petitur) hæc ratio dispositionis in vniuersum obseruanda erit: vt ea quæ dicuntur, ad amplitudinem rerum ostendendam sint quàm efficacißima. Itaque vel recensendis magnis voluptas auditoris commouenda est: vel si minora sint, in eum modum, vt magna videantur, extollendis. Minora amplificatione extollenda erunt: quod fiet, si à leuioribus ad altiora velut gradibus quibusdam ascendet oratio: & alia super aliam argumentatio exaggerabitur. Vt apud Ciceronem videre est in oratione pro Marcello. Item in gratiarum actionẽ, vbi prædicat beneficium populi Romani, quo ab exilio in patriam & pristinam dignitatem fuit reuocatus. Sin autem magnitudo rerum, quæ laudantur, per se sufficiens erit, vt in laudando Pompeio, pro

lege Manilia, & in vituperatione Marci Antonij, & L. Pisonis: tum nihil necesse erit seruare hunc ordinem extruendarum argumentationum. Sed aut dispartiemur bona per sua genera, vt in fortunam, corporis & animi dotes. Aut vitam totam per temporum ordinem digeremus: vt quomodo natus sit, quomodo educatus, quomodo priuatus, quomodo in honore & Magistratu se gesserit. Aut ipsi nobis distributionem quandam effingemus. Vt pro Pompeio, in summo Imperatore quatuor spectanda esse: scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, & felicitatem. Aut si multa et inæqualia erunt argumenta laudis, ne leuiora in vnum congesta, exilitate sua vim orationis infringant, aut maiora eandem supra modum extollant, arbitrarius ordo sequendus erit: & singula inter se ita digerenda, vt concinna mixtura & æquabilitas quædam accedat orationi. In altero

Probatio. nũ genus. verò genere orationis, quod solam auditoris fidem petit, dispositio etiam tota ad fidem est accommodanda. Itaque si argumentationes fuerint, quæ non solùm prosint quæstioni, sed vna etiam alteri firmandæ seruiat: in ijs idem ordo seruandus erit, qui paulò antè de quæstionibus est præscriptus. Si nulla huiusmodi ratio fuerit, tunc ab eo incipiemus, quod apud animos audientium potētißimum sit futurum: leuiora inseremus: & quod arctißimè teneat memo

riam

riam auditoris, velut stimulum quendam in fine subijciemus. Atque hæc de probationibus. In affectibus autem (id quod suprà etiam admonuimus) semper crescere debet oratio. Nam quemadmodum inter argumentationes ea, quæ affectus est capacissima, ita in affectu, id quod potentissimum est, semper in fine est collocandum.

ORDO PARTIVM ARGVmentationis.

PArtes argumentationis, de quibus superiori libro dictum est, quam capiant dispositionem, nullis certis legibus comprehendi potest. Illud tamen ignorandum non est, naturalem ordinem esse, quo propositiones præcedunt id, quod ex eis conficitur. Vt in ratiocinatione primo loco maior propositio, deinde minor, postrema conclusio: & in inductione priores partes aut species locantur, quàm ex eis totũ aut genus inferatur. Sed huius legis perpetua obseruatio puerilis est, & Dialecticorum propria. Quamobrem, vt præcipit Cicero, varietas adhibenda est, & modò hoc, modò alio ordine vtendũ. Itaque non semper obseruanda erit recta illa, & ad legem Dialecticorum formata dispositio: tametsi et ipsa nonnunquàm locum habebit: sed quemadmodum non semper omnes exponuntur partes argumenta-

mentationis: sed aut propositio aliqua, aut conclusio omittitur: aut totius vis probationis intra vnius propositionis complexum arctatur: ita & partium ordo crebrò transferendus erit, & tum minor propositio ante maiorem, tum conclusio ante vtranque propositionem locabitur. Vt in oratione pro Marco Cælio, *hic syllogismus habetur:* Nullus, *qui prauis cupiditatibus deditus est, literarum est studiosus:* At M. Cælius *literarum est studiosus:* Non est igitur *prauis cupiditatibus deditus. Sed hunc mutato ordine ita tractat* Orator. *Primò exponit conclusionem: At verò, inquit, in* M. Cælio *nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, & cætera.* Deinde *inducit minorem propositionem:* Audistis, *cùm pro se diceret, audistis anteà cùm accusaret.* Postremò *addit maiorem :* Atq; *scitote* Iudices, *eas cupiditates, quæ obijciuntur Cælio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facilè in eodem homine esse posse, & cæt. quæ sequuntur.* Est *igitur oratoria argumentatio singulis partibus ornatè explicata.*

TABVLA

TABVLA DISPOSITIONIS.

Diſpoſitio	Naturalis	Expoſitione	Poëtica
			Hiſtorica
			Doctrinali
			Oratoria.
	Arbitraria in		Partium orationis
	Artificialis	Argumentatione, in qua ſpectatur ordo	Quæſtionum
			Argumentationū
			Partium argumentationis,

FINIS.